





Joh: Stridbeck fecit.

CHRISTIANI FRANCISCI PAULLINI

De

JALAPA

LIBER SINGULARIS,

Secundùm Leges & Methodum
Imperialis Academiæ Leopoldinæ
Naturæ Curios.
ſcriptus,

Variisque obſervationibus & memorabilibus conſperſus,

Cum Gratia & Privilegio Cæs. perpetuo.



FRANCOFURTI AD MOENUM,
Impenſis FRIDERICI KNOCHII, Bibliop.

ANNO M DCC.



SINCERO ET PRUDENTI LECTORI *Vitam & Salutem!*



HActenus fortunatos inter agricolas Maronianos(a) publicè me professus sum, suaqui bona nörunt simplicia & domi nata. Ideò *canem*, *leporem*, *bufonem*, *talpam*, *anguillam*, *asinum*, *lupum*, animalia passim obvia, & *salviam*, vulgarem, sed nobilem, herbam, imò (quid frontem corrugas?) secretiora mysteria & miracula *stercoris* Eruditiorum censuræ *nunquàm otiosus* exhibui, non nesciens, naturam nusquàm magis quàm in minimis totam esse. (b) Ergò in contemplatione ejus nil potest videri supervacuum. Ipsa Providentia divina tàm ad minutissimas, sordidissimas & vilissimas, (ùt vulgus vocat) quàm ad arduas & magnas res se extendit. Absurdum, imò divinâ Majestate indignum censebat *Hieronymus* (c) referente *Petro Lombardo*, (d) subjicere divinæ Providentiæ pulices, muscas, ranas &c. *Non simus*, ait, *tàm fatui adulatores Dei, ut, dum Providentiam ejus ad ima*

 retru-

(a) L. II. Georg. ℣. 482. (b) Plin. L. XI. c. 2. (c) in explic. c. 1. Habac. (d) L. I. dist. 39.

retrudimus, in nos ipsos injuriosi simus, eandem irrationabilium & rationabilium Providentiam esse dicentes. Alius allegabit istud Apostoli: (e) num *boves* Deo curæ sunt? itemque illud *Iobi*: (f) *an cogitas, quòd Deus excelsior sit cœlo, & super stellarum verticem exaltatus, quòd nubes latibulum ejus: neq; nostra curat, sed in sphæra cœlesti ambulat.* Annon verò David (g) sub complexum Providenriæ Dei omnia, non solùm cœlum, terram, angelos, & id genus creaturas alias nobiliores refert, sed & volucres, passeres, ciconias, earumque nidos & domunculas, cuniculos, item erinaceos, tenebras, reptilia, animalia pusilla, & hujus generis abjectiores res, de quibus singulis sic ait: *omnia in sapientia isthæc fecisti: omnia ex te pedent, expectantaque, ut des illis escam in tempore, Teque dante colligunt, & Te manum aperiente satiantur bonis.* (h) Cùm igitur, secundùm memorabilem sententiam *Augustini,* (i) minima non contemnit Deus, nam si contemneret, non crearet, eccur scrutinio & contemplatione mea indigna ea judicem? quin potius cum Solone γηράσκω ἀεὶ πολλὰ διδασκόμενος, *assiduè addiscens ad senium propero.* Ne quis tamen putet, me omnia exotica odisse aut detestari, *Ialapam* quoque examinavi, quô successu, tute judicabis. Promiserat eandem D. *Georg. Balthas. Metzger*, Suinfurto-Francus, Professor Tubingensis, Curiosorum *Americus*, sub ortum Imperialis Academiæ *Leopoldinæ* AC. MDCLIV. at nescio, utrum viribus fractus, aliisve negotiis distractus

(e) I. Cor. IX. 9. (f) c. XXII. 12. (g) Ps. CIV. 3. seqq. (h) conf. Ps. CXLVIII. 10. Luc. XII. 6. Matth. X. 29. seqq. (i) serm. VI. iu Matth.

tractus fidem servâsse nequiverit? vel num schedæ ejus in occulto hactenus latuerint, quod fatum *Ambrologia* illius habuit, ab *Oribasio* nostro D. D. *Lentilio*, Archiatro Oëtingensi Diversorumque S. R. I. Statuum, nuper in lucem protracta.(k) Calcavit Optimi Viri vestigia D. D. *Georg. Wolfgang. Wedelius*, Sprembergâ-Lusatus, (non Grünbergâ Silesius, (l)) Hæreditarius in Schvvarza, Com. Pal. Cæs. & Archiat. Ducal. Saxonic. ac Theoretices P. P. in Illustri Saxonum Nostrorum Salana, Curiosorum quondam *Hercules*, qui anno Salutis MDCLXXVIII. disputationem, octo capitibus circumseptam, de *Gialapa* publicè edidit, quam verò abs Amico Hasso ægrè mutuò obtentam semel tantùm mihi perlustrare licuit. Omnia siquidem exemplaria dudum distracta & divendita sunt. Spem mihi fecerat Vir Celeberrimus ante quinquennium, se auctiorem & politiorem in forma justi Commentarii eandem Curiosis & Eruditis exhibiturum. Quo audito, codicillum meum, *Wolfenbytteli* antea cœptum, & tantùm non ad calcem perductum, ultrò abjeci, non nesciens, facilem nugarum mearum jacturam fore. Sed cùm hactenus non conspexerim opus *Wedelianum*, suspicor, concatenata Optimi Viri negotia, studia & lucubrationes assiduas, itinera, & sexcenta alia omnes ejus circulos disturbâsse, ut rem hanc vel in alium distulerit diem, mentemvé mutaverit suam. Monentibus igitur Amicis & Collegis, quorum jussa capessere fas erat, schedas meas è tenebris nuper

(k) vid. oper. ej. Med. pract. P. II. p. 255. seqq. (l) Lucæ in chron. Silesiaco pag. 611.

protractas denuò excuſſi, & hâc, quâ cernis, facie in publicum prodire juſſi, utinam feliciter! Tuum, Venerande Lector, erit cenſere, num amore ſeu odio dignior ſim? Invidos nec ſpero, nec metuo. Αεὶ τὰ σεμνὰ πάντα κέκτηται φθόνον. *Omnia præcellentia ſemper comitem habent invidiam*, dicente Dionyſio apud *Stobæum*. (m) At *præcellentia* inter hanc meam *radiculam* quis reponet? Tam ſublimem haud meretur loculum. Eccur malevolos reformidem? annon miſerorum eſt, ut malevolentes ſint atque invideant bonis? (n) peſſimè cum eo agitur, cui nemo invidet, nemo obloquitur obtrectatvè. Crede mihi, omnes iſti invidiæ calumniæque contextus *telæ aranearum* ſunt: puſilla animalcula inhærent, *FORTIA RUMPUNT* & calcant. Hujusmodi telis *Anacharſis leges* comparabat. Uti enim illæ infirmiora tantùm animalia retinent: ita his humiles & pauperes conſtringi, divites & præpotentes non alligari videmus. (o) At impius ſtruit ſibi domum inſtar aranei. (p) Der Gottloſe bauet ſein Hauß wie eine Spinne. Haud moror ergò ſcæva moroſaque calumniantium judicia. *Taurum* color rubicundus excitat, ad umbram *aſpis* exſurgit. *Urſos leonesque* mappa proritat. Omnia, quæ naturâ fera ac rabida ſunt, conſternantur ad vana. Idem inquietis & ſtolidis ingeniis evenit, rerum ſuſpicione feriuntur. (q) Frivolis ergò iſtis & inanibus nequicquàm turbabor. Tympana potiùs mea *PULSATA* fortiùs *SONABUNT*, mo-

dò

(m) ſerm. 36. (n) Plaut. Capt. a. III. Sc. 4. ℣. 5. (o) Val. Max. L. VII. c. 2. ext. num. 11. (p) Job. XXVII. 18. (q) Senec. L. III. de ira, c. 30.

dò *SEMPER MIHI PENDEAT HAMUS*, ut *CANDIDE ET VIGILANTER* portò agam, quod agendum erit. Si qui tamen Boni & Eruditi (ceteris saniorem precabimur mentem,) radicem hancce meam contubernio & amore suo dignam judicent, iis gratias persoluturus *Fortunam* istam *reverenter habebo.* Nihil enim cõstantius quotidianâ vicissitudine. Omnis sortis nostræ, vitæ actionumque splendor *DUM ORITUR, MORITUR.* Rectè Patritius Romanus, qui in historia *valet maximè.* (r) *Caduca nimirum hæc.* infit, & *fragilia puerilibusque consentanea crepundiis sunt, quæ vires atque opes humanæ vocantur. Affluunt subitò, repente dilabuntur, nullo in loco, nulla in persona stabilibus nixa radicibus consistunt, sed incertissimo flatu fortunæ huc atque illuc acta, quos in sublime extulerunt, improviso cursu destitutos, profundo cladium miserabiliter immergunt.* Equidem omnes conatus *Polycratis*, Samiorum tyranni, placido excipiebantur itinere, vota nuncupabantur simul & solvebantur: velle ac posse in æquo positum erat. Ipse sponte *annulum* admodum sibi gratum de industria in mare abjecit, ne omnis incommodi expers foret. Quem tamen continuò recuperavit, capto *pisce*, qui eum devoraverat. Sed respice finem ejus. Annon comprênsum *Orontes*, Darii Præfectus, in excelsissimo *Micalensis* montis vertice cruci affixit? annon lævam illam, cui Neptunus *annulum* piscatoris restituerat, situ marcidam, *Samos*, amarâ servitute pressa, liberis lætisque oculis adspexit? (s) Ergò *FORTUNAM RE-*

(r) L. VI. c. 9. ext. num. 7. (s) & num. 5.

VERENTER HABE. Is enim vitam ſortemque ſuam æquâ lance penſitat, qui ſemper. Fragilitatis humanæ memor fuerit, (t) exemplo Glorioſiſſimi *FRIDERICI III.* Daniæ Norvvagiæque Monarchæ, ſub cujus umbra feliciter olim vixi. Hic enim, paucis ante fata ſua diebus, hæc verba, aureo aſteriſco digna, palempſiſto inſcripſiſſe legitur: **Ich war in währendem meinem Leben einer Raquete zu vergleichen/ welche/ nachdem ſie angezündet wird/ in einem Augenblick in die Lufft fährt/ ſchön und hell leuchtet. Als ich nun am höchſten war/ und mit meinen Füncklein/ als mit tauſend Sternlein/ prangte/ da ließ ich plötzlich ein Krachen/ verſchwund vor den Augen derer/ die mir zuſahen/ fiel zu Boden/ und bin Staub und Aſche worden.** (u) Cùmque nobis negetur *diu* vivere, relinquamus aliquid, quo nos vixiſſe teſtemur. (w) Erunt fortè, queis allegata mea ſordent; at dicant mihi, cui bono libri emantur, cur Profeſſores Academici tam ſolertes ſint in condendis iis, ſi tamen ad partes vocare haud liceat? Sordida ingenia malunt in furto deprêndi, quàm *cuique ſuum*, ceu par eſt, reddere, cùm præſertim ſors fiat ex uſura. Ego potius cum CL. *Deuſingio* meo (x) mihi gloriæ duco, quòd *probatos Autores* legerim, eoſque citare valeam. Quorſum verò, rogabis, tot *remediorum formulæ*, eæque aliquando prolixiores, ex charta in papyrum trans-

(t) Plin. L. VII. H. N. c. 7. (u) vid. J. Brâmer. Concion. Aulic. ſerm. funebr. Optimo Regi dict. Haſn. 3. Maj. 1670. & excuſ ibid. eod. ann. ap. Georg. Lamprecht. p. 87. ſeq. (w) Plin. L. III. ep. 53. (x) in vindic. fœtûs extra uter. genit. Sect. 8. p. 152.

transſcriptæ? in gratiam tyronum adjeci, queis res angusta domi, & curta librorum ſupellex, quêisque bonæ mentis ſoror ingreſſum ad inſtructiores bibliothecas præcludit. (y) Et his inſerviiſſe ac profuiſſe glorioſum gratumque mihi eſt. At quantum eſt, quod de *Ialapa* neſcis intactumque linquis! Rectè mones. Tune verò ſolus ignoras: cati perſpicacisque venatoris quidem eſſe, omnes feras in ſilva indagare, & vitio minimè ei verti, ſi non omnes capiat. Supple tu, quæ deſunt, & agam tibi gratias. Sic non temnendæ animadverſiones & monita *Pechliniana*. (z) Si quæ verò experimenta *plebeja & viliora* tibi videantur, memineris, quæſo, oraculi iſtius Hippocratici: (a) *neque verò pigeat ex plebejis ſciſcitari, ſi quid ad curandi opportunitatem conferre videatur.* Vale, Venerande Lector, & ama magnum iſtum quæſtum, εὐσέβειαν μετὰ αὐταρκείας. (b) Sufficientia enim, ipſo fatente Epicuro, (c) res eſt omnium ditiſſima. Iterum vale, & bene vive. *Omnis autem, qui bene vivit, facit ea, quæ vult Deus, & omnis, qui facit ea, quæ vult Deus, bene vivit. Nec quicquam aliud eſt bene vivere, quàm ea facere, quæ Deo placent.* (d) Ἐὰν ὁ Κύριος θελήσῃ, καὶ ζήσωμεν, (e) propediem dabimus Tibi *Theriacam cæleſtem nucemque moſchatam*, utramque rarioribus obſervationibus & memorabilibus illuſtratam. Scripſi *Ferrariæ* Thuringorum anno exeuntis ſeculi ultimo, primo à feſto *Circumciſionis* die, quo ex Poëta calidè & devotè ſuſpirantes ita ingemiſcimus:

(y) conf. Paulli Botan. quadr. Cl. III. p. 365. (z) L. II. obſ. 65. (a) in præcept. 38 ℣. 20. (b) 1. Tim. VI. 6. (c) apud Clem. Alexandr. L. VI. ſtrom. (p) S. Auguſtin. T. I. p. 352. (e) Jac. IV. 15.

Tu, Tibi, Christe, sacros inter nos assere cœtus,
à laribus nostris arma luemque fuga.
Effice fœcundam terram, rege pace salubri,
& novus hic felix omnibus annus eat!

VOTA ET APPLAUSUS ERUDITORUM.

I.

DUlce sonat cythara, *Illustris* quâ Noster *Arion*
Commovet & *plantas, bruta, hominesque* trahit.

Sic *nunquam otiosi* Dn. Collegæ curioso labori
adplaudit Augustæ Vindelicorum
Lucas Schröckius, Acad. Cæs. Leop. Nat.
Curios. PRÆSES.

II.

O*Tia* sic *nunquam* facies Tibi? fertile sanè
ingenium semper Te *vigilem* esse probat. (a)
Purus es *Uranius*: cuî mens *cœlestis* & ortus;
clara Tibi genitrix *Urania* ipsa fuit. (b)
Sursum penna volat: *sursum* meditatio cuncta,
nonne etenim codex quilibet astra ferit?
Quàm sordet tellus, cœlum dum respicis: amplum
solsequium ingenii symbolon ecce tui. (c)
Naturam, & sacrosancta Dei mysteria pandis;
ô sanctus labor, ac egregium studium!
Præco Dei Physicus, secreta tonatque sonatque,
vox ejus mihi vox est veneranda Dei.
Verùm *Theriacam cœlestem* prome, *nucemque*
moschatam, reddent vota precesque Boni.
Vive diu, sub *Christi* vive *favore perenni*,
sic fortunatus, sic mihi gratus eris.

Gratus

(a) der wachsame dicitur in Collegio *Carpophororum*. (b) Mater erat Clara Himmelin. (c) die Sonnenblume in Societate *Florigera* ad Pegnesum.

Gratus eris patriæ, docto gratissimus orbi,
Uranius, *Vigil* & suavis *Arion* eris.

Veteri suo Amico, cum voto perpetuæ felicitatis f.

Ignatius Knüttel JC. & Consil.

III.

Vir Celeberrime, Amice Integerrime.

NOn sempet arcum intendit Apollo. Quod ipsum interdum ingeniosis, & iis, qui & Deo & erudito orbi vitam suam dedicârunt & proximo, usu venire solet. Ast Te, Vir Celeberrime, Tibi credo quàm maximo vitio vertere, si vel momentaneum tempus præteriret, quô non ducta linea superfit. Plus olei, quàm vini Te consumere, monumenta ingenii insignia, & vitæ ratio satis ipsa perhibent. Sic reapse demonstras, hominem non sibi, sed Deo & patriæ esse natum. Verus & fidelis usurarius es boni tui à Deo concessi: Liber ab ingenio tuo satis vegeto & facultati scribendi accommodatissimo librum excipit, & utinam stimulo tuo calcitrarentur alii, ditiorem sine dubio haberemus messem, quanquam non pauci sœpe æstimentur ditissimi, qui tamen pauperrimi sunt, & sibi ipsis impedimento non raro sunt, quò minus ad ulteriorem & accuratiorem purioremque cognitionem, & abstrusiores scientias perveniant. Tibi, Amice dexterrime, gratulor de *Jalapa*, cui nunc insudas. Gratulor itidem mihi de Tanti Viri consuetudine. Dies vix præteribit, quo non exoptem opus illud jam typis esse mandatum &c.

J. Mich. Metius, D.

IV.

SCribimus indocti doctique volumina: verùm
crede mihi, res est, *ingeniosa* dare.
Ingenium spirant tua scripta polita, *laborem*

spirant,

ſpirant, prudenti, quis negat, eſſe ſat hoc?
Vivas *ingenio*, vivas *candore labore*,
hîc & in æternum, ſic mihi *Clarus* eris.
Orbus es, at multâ tamen orbem prole beâſti,
omnia ſi, ſtabunt hæc monumenta, cadant.
Haud poterit, quod cuncta poteſt, Te perdere tempus,
hanc libertatem docta papyrus habet.
En dextram! laudes *Cantabit Fama Perennis*,
Dîs facere æqualem *Candida Fama Poteſt*.

ſcripſit amica manu fidaque mente
Eſaias Dahlborn M. D.

V.

VIderat extremos Medicos excurrere ad Indos
Phœbus, & anne meæ non proſunt amplius artes,
dixit, ut *Antipodum* jam de regione petantur
pharmaca, ad invidiam ſummi repetita *Galeni*?
in dubium miror famam revocaſſe meorum
Germanos, nec jam ſpatioſa volumina *Coi*
expilare Senis, nec per ſua furta ſuperbos
pyxidibus græcas paſſim diſponere nugas.
Priſca recens genitis non tintinnabula mortis
oppoſuiſſe juvat, linguasque & carmina febri
occinere, aut ægros voce incantare latinâ.
Cùm mala græca ſient, cùm ſint Romana, prodeſſet
Grammaticos adhibere leves, morbosque *Donato*
tollere, vel *Logicis* ipſos pepuliſſe *figuris*.
Queîs animi morbos noſti (ſi credere fas eſt)
erroresque omnes dudum pepulêre Magiſtri.
Fortè Ariadnéo poſthac errantia cœli
ad leges juſtas deducent ſidera filo.
Eſt opus, ut credas morbos abs *Rhetore* abactos
arte ſua; cùm ſit *verbis* magna indita virtus.
In quanto qualique adeò latet abdita rerum

Natura:

Natura: hanc pulcram veteres dixêre figuram.
Erras, Phœbe Pater, non hæc via tuta medendi
visa mihi, morbos nescimus, fictaque rerum
nomina, quæ placuit obscurâ voce notare.
Antiquus valeat sua dum non-entia nobis
vendit, *Aristoteles*, & quid simul accidit enti.
Corpora corporibus sunt mista, *trigona rotundis*,
& secum rapiunt *tornata* & corpore toto
expellunt, *uncisque* trahunt, namque addidit uncos
Natura, atque isthæc velut instrumenta paravit.
Quæ si *cuspidibus* pungunt, resecantque, *veneni*
nomen habent, sed inæquali si corpora radunt
illa superficie, ac dum non nisi noxia detrahunt,
sunt meliore loco, ac dici *medicina* merentur.
Non aliter, quàm si tenuis vehit amnis arenas,
arboreosque simul ramos, tùm fluctibus illos
præcipitat, littusque illis abradit utrumque;
uncinulis sic se purgat Natura minutis,
quos cognôsse juvat & ab his separare venena.
Illaque dum variis abscondidit organa passim
climatibus, demum curvis advecta carinis
orbem Europœum pretioque usuque salutant.
Sic ubi sol radiis lustrat propioribus orbem,
artificique herbas lusu detornat, in ima
sœpius igne suo fecit radice figuram.
Eminet inter eas *jalappa*, & latiùs usu
dum patet, & minùs humanas abradere partes
assolet, interea vetetes deducit harenas.
Sed tu talpa parùm diffide, est virus in illa.
Scilicet hæc nigra est, hanc tu, Romane, caveto.
Dæmonibus color aptus is est, lappæque videtur
esse genus; poteris longè felicius uti
helleboro, nil habet dictâ ratione malignum.
Abstrahe mille modis transcendentaliter omnes

Ven-

Ventriculi sordes,(levis est medicina,)nec Indos,
nec monstra Antipodum temerè peregrinus adibis.
Talparum est certè medicinam digere qualem.
Quisquiliasque suas nugas,lappasque relinquit
Doctus *Aristoteli*, & purgat virtute *Jalappæ*,
visceribus nostris quicquid modò sordis inhæret.
Hanc,*Paulline*,sagax,dum jam verique bonique
expendis trutinâ,& nebulas dispellis obortas
Doctorum,magnis auges accessibus Artem
Pœoniam,meritisque tuis Gangetica tellus
se celebrem jactat,sed & oscula blanda pagellis
præbet,Apollineas duplo se vendere merces
posse putans pretio; demumque *Academia* Magni
Cæsaris exultat, Calamoque & acumine docto
effecisse suo,posthæc ut ditior esset
inventis,summumque volans super æthera,sero
Naturæ Dominum sese præbere nepoti
posse decens isthæc gestans molimina nomen.

Misit Islebiâ

Ambrosius Stegman M. D. Acad. Leopold.
N. C. *Æmilius* & Poliater ibidem.

VI.

ANte diem moriêre: sed ecquid fata juvabit
curis & studiis accelerâsse tua?
Non moriêre tamen, sed eris post fata superstes.
exemtum à letho sedula penna facit.
Fertile pectus habes,multo *Candore* refertum,
ostendunt doctum publica scripta *VIRUM*.
Magmentum celebris famæ *polychresta Jalapa*,
tessera *candoris*,præsque *laboris*,erit,
est candidum vaticinium

Augustin. Schopf. M. D.

VII.

C*Andida Fata Precor* : ſit prudens lector & æquus,
extendant annos candida fata tuos!
Sic plures nobis promet tua dextera chartas,
ingenii plenas, deliciasque meas.
Candida Fata Precor : feliciter omnia cedant!
purâ mente Tibi *Candida Fata Precor.*

Certiſſimo ſuo Amico miſit
Euſeb. Hieronym. Fellman. M. D.

VIII.

P*Hiloſophum, Medicum, Hiſtoricum* ſimul atque *Poëtam*
Philologumque bonum Te tua ſcripta probant.
A doctis ideo tanquàm *Polyhiſtor* amaris,
ſic *labor* & *candor* fecit in orbe *VIRUM.*
Ne metuas igitur morſus livoris acerbos,
docta *Jalapa* fugat toxica cuncta. Sat eſt!

properante crenâ fudit
Bonifacius Allmer. Ph. D.

IX.

D*Ic* mihi, quid ſibi *pompa* velint, *ceremonia, geſtus*,
quando *Doctorem* pulpita ſumma creant?
Cur *cathedram* conſcendit? habet nunc *jura docendi*,
exponens Artem *voce ſtiloque* ſuam.
Sublimis ſpectatur: nam *ſublimior* ille
præcedit ſocios jam *gravitate* ſuos.
Ecce *Virum*! nunc *Excellentia* dicitur, omnes
monſtrabunt digitis: vox populi omnis, *hic eſt*!
Delicium Patriæ, Doctorum nobile ſidus,
exultent ideò *curia, templa ſchola.*
At *liber* eſt *clauſus*, modò *apertus*, ſigna quid iſta?
Ars, quam tradit, ei *nota* & *aperta* ſiet.
Secreti claudant quoque ſcrinia pectoris illam,
ſic nova fit bellæ *Mnemoſynes* ſoboles.

Pileolus quorſum (cupio quod ſçire) *rotundus*?
is *libertatem* ſignificare ſolet.
Liber, honoratus, clarus ſit talis, & inſtar
mitra *Sacerdotis* conſpicuum faciet.
Annulus eſt qualis? proh! *aureus* atque *rotundus*
aurea Doctoris *mens animusque* novi.
Propoſitique tenax ſit, *Vir teres atque rotundus*,
à cujus verbis *fucus* abeſtque *dolus*.
Oſcula, quid? cari ſic exponuntut *amores*,
atque creatus ſic ritè receptus erit.
Ergo *faces* afflant lucem: ſplendeſcit honore
lux clara, in *dulci jubila* quisque canit.
Verùm quid *cathedra, annulus aureus, oſcula* proſunt?
quid *titulus* longus, *carmina* multa juvant?
Expers ſi vivas *ſolidæ Virtutis & Artis*,
quâ ſine *ſomnia* ſunt *omnia*, grande nihil.
Doctrina & *Virtus* faciunt *excellere*, doctè
doctos Doctores nobile par facit hoc.
Nomine *Doctoris* nunquàm mihi dignus habetur,
qui non *vult* alios, ſive docere *poteſt*.
Annon *Doctor*, itemque *didaſcalus* atque *Magiſter*
ſunt ſimiles voces? magnificus titulus!
Tu *ſcribis, gloſſas, explanas* atque *refutas*,
implens *Doctoris* munia cuncta *boni*.
Nil tibi cum *pompa*, pomposa volumina quamvis
excelſum ingenium *multiſciumque* notent.
Moribus antiquis, *fumi fucique* moderni
neſcius, *eſt non eſt*: nobile lemma tuum.
Totus es, at bonus, *helluo temporis atque librorum*,
his impalleſcens immoriêre quidem.
Sed nomen ſpondet vivax Tibi fama perenne,
ſplendoremque novum *pulvus* & *umbra* dabunt.
Donec erit *radix*, erit & tua docta *Ialapa*.
in pretio: gemma hæc deliciumque meum.
Inſultet *livor*, fremat *ignorantia*: latrant,
haud mordent timidi degeneresque canes.
Sola eſt invidiæ bardæ *prudentia* victrix,
fulmina quid plebis *bruta* nocere queunt?
Sis porrò felix! quò plura volumina condas,
nominis æterni quæ monumenta Tui.

M. Elias Daxberger

Σὺ

Σὺν Θεῷ καὶ νῷ.

LIBER PRIMUS
Physiologico-Pharmaceuticus.
Cujus
CAPUT I.
DE NOMINE JALAPÆ.

§. 1.

Ὀνόματα φύσεως νομοτεθήματα, *nomina Naturæ decreta*.(a) τὸ γὰρ ὄνομα ὡς ὂν ὁμοίωμα τοῦ πράγματος: *nomen* enim *nota rei* est, & per *ejus cognitionem* in *hujus scientiam* provehimur, dicente *Galeno*, (b) cui consonat *Scaliger*. (c) Fas igitur, ut ἀρχὴν παιδεύσεως (d) sobriè expendamus. *Ialapa*, seu *Gialapa*, vox Indica est, à solo natali *Xalapo* dicta *Xalapa*. (e) Distat autem *Xalapo* ab oppido veræ crucis, & primario novæ Hispaniæ portu S. Joann. de Ullua XVI. Leucis, notante *Laëtio*. (f) Incognita prorsus avis atavisque nostris radix hæc, & octoginta circiter abhinc annis Massiliam, quæ nobilis maris mediterranei portus & amplissimum Gallorum emporium est, primùm delata, nomine isto inclaruit. (g) *Initium rei nomen.* *Xalapa.*

§. 2. Vocant etiam Massilienses & Alexandrini *Ialapium* seu *Gelapo*; (h) alii *Chelapa*, *Chelopa*, *Cela-pa*, *Synonymia.*

(a) Hippocr. L. de Arte. c. p. (b) L. II. M. M. c. 2. (c) exercit. I. sect. 1. & exercit. 356. S. I. (d) Arrian. L. I. de Epict. disp. c. 17. (e) Vid. Joh. de Laët L. V. Ind. occident. c. 22. p. 266. Georg. Margraf. L. I. hist. plantar. c. 20. p. 41. (f) lib. cit. c. 18. (g) Bauhin. in hist. plantar. T. II. Lib. XV. c. 23. p. 151. Rolfinc. de purgantib. S. II. artic. 3. c. 1. p. 94. (h) Bauhin. prodrom. theatr. Botan. L. VIII. c. 2. p. m. 135.

pa, Celopa, Selapa, Xalapa, Zalapa & *Zalap.* (i) Alii κατ' ἀναγρ: *phalajam*, alii aliter. Sua cûique merx pulcherrima. Communiter & propriè dicitur, *Ialapa, Ialappa, Ialapium, Gialapa, Gialapium, Galapa*, ob speciem & affinitatem, *Mechoacannà mas*, seu *nigricans*: alba enim superiori seculo inclyta erat. (k) *Caspar Hofmann* (l) cum sibilo pronunciat Chelapam *Tselapam*, ùt Chinam *Tsinam*, non *Schelapam*. A Germanis dicitur *rhabarbarum nigrum*. Tria quippe rhabarbari genera nonnulli promunt, (1.) *subflavum*, quod rhabarbarum verum & usuale est, (2.) *album*, quod est mechoacanna, & (3.) *nigrum*, quô nomine *Ialapa* nostra notatur. *Bauhino* (m) est *bryonia mechoacana nigricans*, eique in ordine septima. (n) Practicus quidam D. L. M. semper in formulis suis κατ' ἐξοχὴν vocabat *radicem polychrestam*, alius simpliciter *radicem suam purgantem*, alius per transpositionem literarum *apalagi*. *Nardus Antonius Rechus* (o) sub nomine *Tacuache*, aut radicis *Migvacanicæ purgantis*, discribit. Alii, eôdem asserente, *Pusquam*, Mexicenses *thalant-laquacuit lapilli* vocant. *Villheuer* (p) in vernacula nostra vertit schmäck nicht. Num bene & dextrè, tute censebis. Nos scribimus *Ialapam*, vel Jalappam.

§. 3. Amicus in Franconia, Practicus fortunatus, virtutes *Ialapinas* altiùs secum expendens, epigramma hoc parieti muséi sui adscripserat.

Laus Ialapa.

Divinam in praxi mihi si demas Gialapam,
nil nisi vesana fabula plebis ero.

Her-

(i) Vid. Piso L. I. de Med. Brasil. c. 1. p. 18. (k) vid. Sim. Paulli Botan. quadrip. Class. III. p. 472. (l) L. I. de M. O. c. 5. p. 14. (m) l. c. (n) vid. Pinac. ej. L. VIII. Sect. I. p. m. 298. (o) L. V. rerum medic. nov. Hispan. c. 38. p. 164. (p) tract. de simplicib. p. 115.

Herculis *illa mihi* clava est, *quâ* monstra *domamus*;
plus dicam: dextra *est Numinis illa* manus.
Sufficiat Gialapa *mihi* : *sine quâ nihil actum est*,
in praxi quicquid fecimus egregiè.

Sed properabimus. Ἐν γὰρ τῇ πραγμάτων γνώσει τὸ κατορθοῦν ἐστιν, οὐκ ἐν τοῖς ὀνόμασιν: *in rerum cognitione consistit successus operis, non in nominibus.*

CAPUT II.

DE DEFINITIONE JALAPÆ REALI, EJUSQUE DIFFERENTIIS.

§. 1.

O Ὁρισμός ἐστιν οὐσίας τις γνωρισμός. *Definitio est essentiæ quædam notitia*, (q) παντὸς ἀποδείξεως ἀρχή. (r) *Est igitur* Jalapa *radix novæ Hispaniæ, tessellatim incisa, rotunda & circularis plerumq́ue, exteriùs nigricans, interiùs ruffescens, resinosa, flammamque facilè concipiens, nullius ferè odoris, saporis autem acris, omni sexui & ætati variis in morbis saluberrimam opem præstans.* *Definitio.*

§. 2. *Radicem* esse, quivis videt, & quidem *novæ Hispaniæ*, Grajis & Arabibus, omniq́ue eruditæ Antiquitati planè incognita. Retur *Rolfincius* (s) cum *Frid. Hofmanno* (t) & aliis, *Mechoacannam* Orientalis, & *Jalapam* occidentalis Indiæ progeniem esse. At utraq́ue unam habet patriam, *novam* scilicet *Hispaniam* Americæ. Verùm cujus plantæ soboles sit, seu ad quam speciem certò eam referas, non adeò promtè mihi dixeris. Communiter ad *Mechoacannam* referunt, quam in *albam* propriè sic *Refertur ad Mechoacannam.*

(q) Arist. II. post. anal. 3. (r) L. I. de anima t. 11. (s) S. II. de purgant. art. 3. c. 1. p. 92. (t) L. I. M.M. c. 8. p. 91.

ſic dictam, & *nigram*, quæ noſtra eſt, dividunt, ut audiat hæc *mechoacanna nigra*, ſeu *mas*, quod nomen Maſſilienſes nautæ ei primùm impoſuêre, teſte *Bauhino. Obſervent pervelim* (ait D. *Simon Paulli*, (t)) *Artis noſtræ, aut rei herbariæ Tyrones*, mechoacannam nigram *ſeu* marem, *&* gialappam, *vel* Jalapam *eſſe ſynonyma, & hôc potiſſimùm nomine in officinis Europæis venundari*. Hinc Ampliſſima Facultas Medica Lipſienſis anno 1634. ſimpliciter & affirmativè reſpondit: radicem *gialapæ* eſſe *mechoacannam nigram*. (u)

cujus tres ſpecies. §. 3. Atat, juxta Scriptores rerum Indicarum, tres *mechoacannæ* ſpecies, eaque multùm inter ſe diverſæ, reperiuntur, quarum duæ utiles, in ſexum diviſæ, (qua de ineptitudine lege ſis D. *Chriſtian. Lang.* (w) & M. *Thom. Sagittar.* Phyſ. Prof. olim Jenenſ. (x)) una autem venenoſa eſt, radice minori à ceteris inter alia diſtincta. Alteram ſpeciem vocant *Matlalitztic*, quæ radix omnium maxima, alteram *mechoacannam*, huic proximam.

Mechoacan. §. 4. Eſt autem *Mechoacan* Indiæ Occidentalis, & quidem totius novæ Hiſpaniæ, fertiliſſima ac feliciſſima regio, quæ ter in anno fert *Maiz* illud, etiam argento, auro, margaritis, melle, cerâ, ſale, &c. ditiſſima. Ab hac provincia (cujus metropolis, *Mechoacan*, etiam *Chincicila* dicta,) radices *mechoacannæ* Cindigenis *Chincicila* vocatæ) nomen habent. Hiſpani Principem ejusdem regionis graviſſimis quondam ſubjiciebant tormentis, ut ei aurum extorquerent. Fructu quodam arborum inſtar amygdalorum, *Cacaos* dicto, utuntur incolæ pro

(t) Botan. quadrip. Claſſ. III. p. 472. (u) D. Amman. Med. critic. ad caſ. XXXV. reſpons. p. 251. edit. noſtræ, ſeu Stadenſ. anno 1677. (w) Miſcell. curioſ. med. XXVII. (x) Exercit. Phyſ. XII. th. 14.

pro nummis. (y) Alii *Rheo* assimilant, unde *rhabarbarum Indicum*, & *Mechoacanum*, nobis *rhabarbarum album* dicitur. *Dodonæus* contrà nec *Rheo* simile censet, aut cum *bryonia* convenire, sed pro *scammonio* quodam Americano venditat. Certè cum *bryonia* magnam affinitatem habet, ut etiam *bryonia mechoacanna nigra* vocitetur. (z) Non nesciunt hoc Pharmacopœi, qui, radicibus *bryoniæ* in taleolas sectis & resiccatis, ad formam *mechoacæ*, dolosè eam adulterant, uti ille in oppido quodam ad Visurgim *Ialapam* pariter & *mechoacannam* ita corruptam caro satis pretio vicis & villis vendebat. Et ne fortè prudentioribus moles, seu dosis, suspecta videretur, scrupulo uni adjiciebat aliquot grana troch. alhand. magno cum plebis plausu. Sed fraudes hæ quotidianæ sunt, de quibus latiùs agit *Ioann. Anton. Lodettus*. (a) Dolus tamen facilè deprehenditur teneritudine: *bryoniæ* quippe substantia longe rudior est. Verùm à bonis aliquando Viris usurpatur loco *mechoacæ*. Inter hos refert *Casp. Hofman*. (b) *Felicem Platerum*, uti ab ipsomet audivit. Hic accipiebat radicem, antequam germinabat, & detracto cortice, in taleolas sectam filo trajiciebat, inque moderato calore siccabat, sive is Solis, seu ignis foret. Mox infudit in vino generoso, iterumque exsiccabat, aliquoties repetendo. Sic præparata, ajebat, purgat sine molestia.

§. 5. Meminit industrius Vir *Joannes Bauhinus*, (c) missam esse Duci Würtenbergensi radicem sub titulo *purgativæ Indicæ Matalistæ*: Clarius explicare debuisset vocem *Indicæ*. Quis enim divinave- *Matalista.*

 rit,

(y) Cluver. Introduct. Geograph. L. VI. c. 13. p. m. 496. edit. quartæ. (z) Vid. cap. I. §. 2. (a) in dialogo de imposturis Pharmacopœorum (b) L. I. M. O. c. 5. p. 15. (c) Hist. plantar. L. XV. c. 26.

rit, an ex India specialiter & propriè sic dicta, seu ex America allata sit? probabiliùs tamen dixeris ex hac. Dubium verò, an illa radix *matalista* eadem sit cum radice *Quimbaya* Hispanis dicta, qua de *Petrus Ciesa*, (d) & succinctiùs *Fragosus*, (e) qui *Bexucos de Quimbaya* nominat. *Casp. Bauhinus* (f) ita: *in provincia* Quimbaya, *cujus metropolis* Carthago, *radices tenues, digiti crassitudine, inter arbores nascuntur, quarum fragmentum per noctem in aqua maceratum, aqua partem majorem absumit, ex residua unciæ tres sumtæ benignè instar* rhabarbari *purgant*. At non quadrat in eam descriptio, ex *Ciesa* prolata à *Carolo Clusio*, (g) & ex ipso abs Autore *hist. omnium plantar. Lugdunens.* (g) & *Bauhin.* (h) qui tamen *Bexugo del Peru* alio, & distincto abs hoc capite, recenset. In Pinace Theatri Botanici (i) *Clematitis Peruviana* ei est, cortice cinereo, gustus lenti, dein acris, denique fauces urentis, cujus drachma una purgat, & mechoacæ præfertur. Ast cùm tenues radices illi assignent Autores, digiti crassitudine, facilè vides, quanto intervallo distet à *matalista*. Suspicatur tamen sagacissimus *Wedelius*, (k) ipsam hanc *matalistam* priorem esse illam mechoacannæ speciem, quod ex nominis similitudine *matlalitztic*, (unde lingua corrupta facilè formaverit *matalistam*,) nec non radicis magnitudine, ad *mechoacannam* relata, viribus denique & sapore etiam probabile reddit. Si ergò *Jalapam* ad mechoacannæ classem referas, utique alia sit, quàm diximus, species. Hæc enim plantæ

Quimbaya.

Clematitis Peruviana.

(d) Hist. Peruv. Part. I. (e) fin. cap. de rhabarb. (f) in Pinace Th. Botan. L. VIII. S. I. p. 298. (g) Comment. in Nic. Monard. simpl. medic. hist. c. 51. p. 340. (g) L. XVIII. c. 31. p. 1903. (h) L. XV. hist. univers. c. 24. p. 151. (i) L. VIII. S. 2. p. 300. (k) disp. de Gialap. c. 2. p. 8.

plantæ foliis, floribus, (quos alii rubros, alii cœruleos faciunt,) & fructibus non nisi ratione soli differunt.

§. 6. Verùm cùm juxta *Dodonæum*, *Recchum*, *Bauhinum*, & alios, inter volubiles & scandentes plantas *Mechoacanna* emineat, tùm ipsa *Jalapa* nostra, tùm *mechoacanna*, ceu species, à multis refertur ad *bryoniam*, ut audiat *bryonia mechoacanna nigricans*, seu *bryonia Indica purgans*. Utræque icones illæ, quæ cùm apud *Guilielmum Pisonem*, (l) tùm apud Georg. Margrafium (m) exstant, cum illa pictura conveniunt, quam secundo loco, seu *Miguacanicæ feminæ* nomine, *Recchus* inscripsit, quæ ipsissima autem *mechoacanna alba* est. Prior verò apud *Margrafium* dicitur quoque *Xalapa*, à loco, ubi primùm in nova Hispania reperiebatur. Confer *Joann de Laët*, (n) qui in quibusdam ab *Hernandez* & *Franc. Ximenes* dissentire videtur. Huic tamen sententiæ opponi potest (ut de differentia formæ, florum, foliorum, fructuumque nihil dicam) sapor radicis, qui non amaricans est in *mechoacanna*, uti in *bryonia*, sed ἄποιος. (o) D. *Petrus Andreas Matthiolus* (p) ita: Es sind etliche der Meinung gewesen / daß die fremde Wurtzel / Mechoaca genandt / sey eine Art der Stick-Wurtzel. Aber denen es auffgangen ist vom Saamen / welcher etwas schwärtzlicht / fast wie an den wilden Kurcken / cucumere asinino genandt / haben bald erkennet / daß ein grosser Unterscheid sey. Etliche nennen es scammonium Ame-

Bryonia mechoacanna nigricans.

(l) L. IV. hist. natur. Brasil. c. 53. p. 94. (m) L. I. hist. plantar Brasil. c. 20. (n) L. V. Ind. occident. c 23. p. 266. (o) Vid. Dodon. Pempt. 3. Lib. 3. c. 8. p 393 (p) in herbar. german. auct. & edit. à D. Joach. Camerario, Med. Norinberg. Francof. 1600. p. 443. B.

Americanum, purgiret offt bey einem Quentle genommen/ohne Beschwerniß/offtermal aber gar nicht. Ist die Ursache/daß sie zu alt/oder sonst gefälschtist mit der bryonia.

Jalapa ad scammonium,

§. 7. Ab aliis ergo, cui coronæ ipse interest *Dodonæus*, (q) ad *scammonii* species reducitur, ut sit *scamonii Americani* radix. *Bryonia mechoacanna Sylvestris*, Bauhino (r) octava, priore (*bryonia mechoacanna nigricante*) per omnia minor est, ejusque radix gravia symptomata excitat, quare *scammoneâ* à *Monarde* nuncupatur. Equidem radix *mechoacannæ* istius (licèt minùs resinosæ) lacteum stillare fertur liquorem, uti radix *scammonii*: cujus genuini succi bonitatis notas dabit ex Mesve & Dioscoride *Sim. Paulli.* (s) (2.) scammonium quoque inter scandentes reperitur plantas. (3.) resina utriusque (scammonii & *Jalapæ*) sibi invicem omninò similis, ceu ovum ovo, (4.) effectus utrique communis & unus idemque, (5.) carboni, seu igni, admota utraque radix flammam facilè concipit, ut similitudinem ex hisce colligere quis posset. Verùm inspicias velim solas qualitates radicis scammonii, (t) expendas regionem, seu patriam scammonii, aliaque, & cuncta habebis diversa. Dicebam antea de *genuino* scammonii succo. Istud enim scammonium, quod ex celeberrimo Syriæ emporio, Antiochia, & ex Asia usque petitur, plerunque, teste *Dioscoride*, (u) tithymalli succo adulteratum est. Unde non mirum, enormissimè aliquando, nonnun-

(q) l. c. (r) in pinace L. VIII. S. I. p. 298. (s) Botan. quadrip. Class. III. p. 470. Conf. Frid. Hofmann. l. a. p. 96. (t) vid. Bod. à Stapelen comm. in Theophr. Eref. L. IX. c. 10. p. 1054. & Lobel. stirp. advers. nov. p. 292. (u) L. IV. c. 171. p. 349.

nunquam etiam facili ductu, sine cruciatu, bilem & pituitam evacuare. (w)

§. 8. *Samuel Clossæus*, Medicus Metensis, Vir eruditè doctus, apud *Gregor. Horstium* (x) rens, nesciri adhuc, quid sit *jalapa*, quibusve in locis crescat illa, ex relatione Angli, rerum exoticarum curiosi & periti inquisitoris, eam pro radice *mirabilis Peruvianæ nigræ cum flore rubro* habet, quam Bauhinus (y) *solanum mexiocanum*, Lobelius *magnæ admirationis herbam Peruvianam*, alii *admirabilem Peruvianam, mirabilia Peruviana, Gelseminum*, seu *Jasminum Indicum* &c. vocant, cujus radix inodora diebus canicularibus effossa tessellatim inciditur, inque umbra siccatur. Sed audiemus ipsum *Clossæum: Ceterùm pro communicatione Jalapæ magisterii habeo gratias; rectè ex ea radice per spiritum vini cremor elicitur, ob copiosam gummositatem, quâ abundat, unde carbonibus seu igni admota flammam concipit; quâ conjecturâ decepti quidam, scammonii radicem esse contendunt. Nondum enim innotuit, quid sit, & quibus in locis radix hæc crescat. Est autem nihil aliud, (ut nobis referebat Anglus quidam, exoticarum plantarum expertissimus,) quàm* mirabilis Peruvianæ flore rubro, *cujus radix inodora diebus canicularibus effoditur, tessulatim inciditur, inq; loco umbroso siccatur. Color radicis recenter effossæ albus est, gustus insipidus, sed qui tractu temporis, evaporatâ scilicet parte aqueâ, ruffescat, & vinosas lineas repræsentet, atque incisoriam suam linguæ prodat facultatem, viribusque ab invicem non discrepant. Itaque jam Mussiponti copiosè seritur, & ad reducendam* hypochondriacorum *tùm* atram

An sit mirabilis Peruviana.

(w) vid. Bodæum l. c. (x) L. VII. obs. med. 35. p. 388. edit. Norinberg. in fol. (y) in Pinac. L. V. S. I. p. 168.

atram bilem, tùm ferosos ichores, tùm corporis flatus, quibus vexari illi quàm maximè solent, fructuosè usurpatur. Sic ille. Speciem veritatis ferè faciunt (1.) *forma externa*, seu magnitudinem, vel rotunditatem rapiformem, aut corticem respicias. (2.) *color*, qui albus quidem est, brevî tamen rubescens, vinosasque lineas repræsentans. (3.) *sapor*, qui recentis est insipidus, incisoriâ facultate autem in lingua satis conspicuus. (4.) *vires*. Duæ quippe drachmæ aquas potenter educunt. Verùm si intimiùs contempleris, magnam ubique offendes discrepantiam, ut de lactescentia & aliis nihil addam. Etenim (1.) nec plantæ *forma* eadem est, neque ad convolvulos spectat, (2.) nec *color* exactè convenit, seu *exterior*, cortice longè asperiori, quàm *Jalapæ*, seu *interior*, si cum textura particularum eum jungas. Certè roscidæ illæ atomi in radice *floris mirabilis* resinositatem *jalapinam* minimè æquant; (3.) nec *sapor* respondet, acrior longè & ferè *ariformis*, qualis in *jalapa* non deprehenditur, (4.) nec *odor*, qui virosior est, (5.) nec *inflammabilitas*, præcipuè si destilles, (6.) nec *vires* denique. Siquidem sub nostro cœlo crescens vix purgabit, & si id faceret, ob id tamen non dixeris, esse eandem. Posito, radicem *Jasmini* biennem crassam fuisse & tuberosam, ac radici *mechoacannæ nigræ* simillimam, (z) multa tamen, exque dictis hactenus liquida, quæ dissensum suadent.

Videtur, / *at non est.*

Num ad Apios Americanum?

§. 9. Nec ad *apios Americanum* commodè retuleris *Jalapam*. Quamvis enim radix tuberosa sit, & similiter ut herba lactescens, ipsaque planta inter scandentes, facies tamen externa longè alia erit, si in taleolas secetur, & quis vim purgatricem ei unquàm

(z) vid. Horst. l. c.

quàm adscripsit? ut etiam hæc opinatio in fumum abeat. Rectiùs igitur ad *Mechoacannæ* genera referes, ita ut *peculiaris* hujus *species* sit, aliis haud facilè ex toto assimilanda, quod maximè probabile videtur, stantibus scilicet iis, quæ Autores de analogia, quoad herbam & alia, adducunt. Ex uno demum eodemque loco ac climate utraque transportatur, nova nimirùm Hispania.

Est peculiaris mechoacannæ species.

§. 10. Dixi suprà: (a) *tessellatim incisa*, in longum quoque, ut cordis planam figuram quodammodo repræsentârit. (b) Taleolæ majores magis albicant, minores magis nigricant. Rotundæ quædam pilulæ nigræ, quasi rotæ, non parent pistillo, nec comminuuntur facilè in pollinem, verùm sine jactura lucri. *Rotunda & circularis*, magnitudine & figurâ calculum aleatorium referens: *exteriùs nigricans*, (c) *interiùs ruffescens*, ob copiosum gummi, & ideò etiam *resinosa*, & carboni, seu igni admota, *flammam facilè concipiens*, instar ligni guajaci, seu aloës: (d) *nullius ferè odoris*, (e) *saporis autem acris*, gummosi, nec ingrati, (f) quod contra *Blasium* (g) & *Schonborn.* (h) notandum est, qui insipidam prorsus faciunt eam. *Omni sexui & ætati grata.* Singulare exemplum apud *Birling.* (i) de quodam, qui tantopere eam reformidabat, ut, si fortè ex inscitia medicamentis admixta esset, pessima ei excitârit Symptomata. In *variis morbis*, producendis libro secundo, *saluberrimam opem præstans.* Rogatus *Asclepiades*, quodnam boni medentis officium foret, dixit, ut *tutò*, *celeriter* & *jucundè* curet. (k) Hanc metam vix faciliùs aut feliciùs asseque-

Brevis expositio definitionis.

(a) §. 1. (b) c. IV. §. 2. (c) l. c. (d) c. V. §. 1. (e) c. IV. §. 2. (f) Bauhin. Theatr. Botan. L. VIII. c. 2. p. 135. B. (g) de mat. med. Morell. de form. remed. annex. p 405. (h) c. I. §. 2. (i) C. 1. adverf. curiof. num. 14. (k) Celf. L. III. c. 4.

laus Jalapæ. ſequeris, quàm dextro *Jalapæ* uſu. Utilis quippe hydropicis, aſthmaticis, tuſſientibus, arthriticis, catarrhoſis, paralyticis, febricitantibus, & multis aliis. (l) *Quotidianâ experientiâ teſtari poſſumus, nihil eſſe magis commodum purgationi hâc radice*, ait *Rolfinc.* (m) Symbolum ejus: ὠφελέειν καὶ μὴ βλάπτειν, *juvare, nec lædere.*

§. II. Nec eſt, quòd vomitiones, tormina, hypercatharſes, alvumque ad dies aliquot adſtrictiorem metuas, modò individua probè diſcernas, modumque adhibendi rectè calleas, i.e. methodum medendi, omnium arcanorum ſecretiſſimum. Nec, more paganorum, τὰ χωρέοντα metiri oportet à copia, ſeu numero, ἀλλ' ὡς ἂν χωρέῃ οἷα δεῖ, καὶ φέρει εὐφόρως. (n) Duo enim ſunt juſtæ purgationis ſigna, ægri alacritas, & humoris peccantis excretio. (o)

CAPUT III.

DE LOCO NATALI, TEMPORE MODOQVE COLLECTIONIS.

§. I.

Patria. Omnium Scriptorum ſuffragiis natale *Jalapæ* ſolum generale *Americæ meridionalis*, ſeu *Peruviana*, à provincia Peru, omnium præſtantiſſima ita dicta: ſpeciale *nova Hiſpania*, regio omnium ampliſſima longèque cultiſſima. Specialius verò *Xalapa*, quæ & nomen radici adſperſit, & ubi primùm vel reperta, ſeu agnita potius, aut publicata fuit. Hîc, uti mechoacanna, paſſim in ſylvis, agriſque copioſiſſimè naſcitur, & inde ſingulis annis incre-

(l) Vid. Sebiz. T. I. ſpecul. Med. pract. P. I. S. I. c. 4. p. 107. (m) de purgantibus S. II. art 3. c. 1. p. 94. (n) I, aph. 23. (o) Heurn, ad h. l.

redibili quantitate à Belgis, Hiſpanis, Britannis, Gallis, & aliis in Europam deportatur, ut in omni oppidulo pro tolerabili admodum pretio habere queas. Libra ſiquidem pro floreno, ſeu imperiali aliquando venit. *Fragoſus* etiam in *Aquacathan* Novæ Galliciæ naſci ſcribit.

§. 2. Bellè *Rolfinc.* (p) In *primis ejus natalibus,* ait, *ſidera & elementa, in conſilium adhibitis* ſale, ſulfure, Mercurio, aqua & terra, *videntur fœdus amicabile iniiſſe producendi* arcanum quoddam Naturæ, in *ſalutem humani generis proficuum, noxiis ſequeſtratis atomis.* Floret maximè menſe Majo, licèt facies ejus integra nondum, quod ſciam, ſpeciatim expreſſa ſit. Nec planta recens, ùt mechoacanna, facilè in noſtris colitur hortis, utùt omnis generis aliæ eos exornent, & indigenæ jam factæ ſint. Doctiſſimus *Edtmüller* (q) ita: Jalapæ *radix eſt ex India occidentali allata, quamvis etiam apud nos in hortis creſcat, & communiter dicitur flos mirabilis de Peru, & Jelſeminum Peruvianum.* (r) *Atq; radix hæc apud nos creſcens eundum uſum habet, ac exotica. ſolùm hæc ad ſcrupulum unum, noſtras verò ad drachm. dimid.* ſeu *ſcrupulos duos propinatur. Illa enim ſemper reſinoſior eſt. Nam vis laxandi hujus ſimpliciter conſiſtit in reſina ejus.* Verùm experientiâ teſte, ſub noſtro climate nata vi purgandi non admodum turget.

quando floreat.

Ialapa noſtra.

§. 3. Scripſit mihi nuper D. D. *Ambroſius Stegmann,* Poliater Iſlebienſis, Amicus & Collega Curioſus, etiam in jugis montium Hartzicorum radicem hanc naſci, quam ante biennium radiciſeca quidam Ilſenbürgenſis primùm detexit: continere au-

Et Hartzica.

(p) lib. cit. p. 95. (q) in collegio M.S. Therapeut, incept. 9. Nov. 1674. Lips. lect. 28. (r) vid. c. 2. §. 8.

autem hujus *jalapæ* libram unam vix drachmas ſex reſinæ.

Tempus, §. 4. Circa tempus collectionis Autores in diverſas ſcinduntur opiniones. Alii Lunam decreſcentem eligunt, alii tempus, Sole vel Luna certa ſigna pervagantibus, alii quolibet anni tempore indiſcriminatim malunt, ſolâ exceptâ hyeme, alii autumnum præferunt, ſi folia jam deciderint, viribus in radices remeantibus: alii initio veris, priusquam in caulem & folia erumpant, radices effodi jubent. Aptiſſimum collectionis tempus erit, quô vigore ſuo maximè gaudent plantæ, id verò pro perennitatis diverſaque cujusque natura exactè definiri nequit. Mihi tamen principium vernale magis arridet, antequam caulis & folia cum flore prorumpant. *Vere enim,* (fabimur ore *Willisiano* (s)) *cùm à Solis vicinia parùm intepeſcunt terræ viſcera, ſtatim mirâ fæcunditate imprægnantur,* & πανσπερμίας *ſuæ effectus produnt. Nec ſolùm terræ ſuperficies, quin etiam aqua & aër particulis ſpirituoſis ubiq; turgeſcunt, quæ velut emortua ſalis & ſulfuris corpuſcula reſuſcitant inq; motum vindicant.*

Modusque collectionis. §. 5. Effoſſa radix loco ſicco ſervatur, (cùm in humidiori ſitus cariesque facilè contrahatur,) & quidem teſſellatim plerunque inciſa. Pulveriſata vix unum alterumvé menſem perdurabit vegeta & integra: talcoli verò annos ferunt, at probè ſiccati, concidentibus poris exactiùs, ipſâque reſinoſitate balſamicâ, putredini verminoſæ infenſâ, intus cohibitâ. Alii panno cerato, aliove artificio, abſcondi & defendi poſſe autumant ab injuria aëris & temporis.

CAPUT

(s) de fermentat. c. IV. p. 22.

CAPUT IV.

DE ELECTIONE ET NOTIS JALAPÆ.

§. 1.

ELigatur ergò ponderoſa, ſolida, exterius nigricans, interiùs verò, ob copioſam reſinam, ſtriis orbicularibus ceparum in morem hinc inde diſcurrentem, magis ruffeſcens, &, ſi igni admoveas, flammas facilè promtèque concipiens. *Electio.*

§. 2. Notas bonitatis ejus dabit (1.) *Patria*, quæ nova Hiſpania Americana eſt. *Rolfincius*, ὁ Πάνυ, *de purgant. vegetabilibus* regionem *Mechoacan* Indiæ *orientali* adjungit, (t) radicis *mechoacannæ* natalitia, virtutis famæque præconio illuſtrata, ex *Monardo* fideliter repetens. *Jüngkenius* verò noſter (u) *Mechoacan* Indiæ *occidentalis* provinciam facit. Novæ Hiſpaniæ præcipuam regionem eſſe, ſuprà (w) ex *Cluvero* diximus. (2.) *ætas*, recentior ſit, nec carioſa. (3.) *color*. Tota nigra haud eſt, ut ex pulvere ejus magis griſeo vides: ſed nigredo potius in extimo cortice & ſuperficie ſpectatur, confracta interiùs pallorem exhibet, interſtinctum venis ex fuſco, vel nigro ferè rubentibus. Aliquot taleoli magis albicant, alii ſtriis circuliſvé ſubnigricantibus diſtincti, extrinſecâ facie micant coruſcantque. Sunt autem taleoli duplicis figuræ, alii circuloſi, per tranſverſum in orbiculos, ſciſſâ radice, facti, & alii oblongi. Aliquando integræ, minores tamen, radices immiſtæ ſunt, extremis ùtplurimùm, præcipuè circa finem, in acutum tendentibus, corpore medio groſſiori: nonnunquam minimæ,

Notæ bonitatis.
(1.) *à patria.*
(2.) *Ætate.*
(3.) *Colore.*

(t) S. II. art, 2, c. I. p. 89. (u) de ſimpl. delectu p. 44. (w) c. 2, §. 4.

mæ, ut avellanæ, quandoque & radicum productiones intersunt: queîs singulis color & resinositas, aliaque pretium ponunt. Vidit D. *D. Wedel*, Ordinis nostri decus & gloria, (x) medias divisiones in longum factas quasi cordis figuram planam repræsentâsse.

(4.) Substantia. (4.) *substantia*. Quò magis resinosior, & (5.) *ponderosior*, eò præstantior.

(5.) Pondere. Hæc resina in superficie resplendet, circellis, monticulisque, & circa corticis præsertim confinia, imò roscidis miculis, si frangas, tota respersa videtur. Sit ergò substantia compacta & solida, quæ accensa ardet, veluti ligna resinosa, ùt ex pondere & inflamabiliatate certum resinositatis signum colligere possis.

(6.) Odore. (6.) *odorem* vix deprêndes in ea: quædam tamen partes acidiusculum quid spirant naribus admotæ, ut vasa vini fecum odore imbuta. Si verò tundas, haud raro atomi ejus subtiliores, eæque sulfureo-salinæ, cum aëre ad nares delatæ, eas anterioremque cerebri partem ad excretionem stimulabunt. Ideo, ad præcautionem hujus incommodi, nonnulli modicum aquæ aspergunt.

(7.) Gustu. (7.) *gustata* lenem acrimoniam faciet, majorem tamen, quàm mechoacanna. *Samuel Schonborn* (y) & *Gerard. Blasius* (z) ita uno ore fantur: *Mechoacanna nigra priori similis, sed cortice nigricante vestita, interiùs rubescens, quæ tessulatim incisa rotunda, magnitudine & figurâ calculum aleatorium repræsentat; gustu est non ingrato, &, ob copiosam gummositatem, igni admota flammam concipit.*

§. 3. De confusione *Jalapæ* cum radice *floris mirabilis* suprà dictum est. (a) Verùm annua saltem hæc sat magna est, ut (si rectè eam depingunt *Dodonæus, Clusius, Lobelius,* & alii,) magis ad *mechoacan-*

(x) disp. cit. c. 3. (y) de purgant. simplic. p. m. 304. (z) in syst. mat. med. edit. Amstelodam. 1680. p. 404. (a) c. 2. §. 8.

cannam referri videatur, imò ne quidem ad hanc, prout ad nos Europæos fertur. Nec eſt, quòd alii credant, inter ſpecies *Mechoacannæ* radicem *Jalapæ* omnium maximam eſſe, quàmvis circuloſiorem & longiorem.

CAPUT V.

DE TEMPERAMENTO JALAPÆ.

§. 1.

TEmperamentum *Jalapæ* calidum & ſiccum eſt,(b) quod (1.) *ex colore*,(2.) *ſapore*,(3.) *odore*,(4.) *reſinoſitate*,(5.) *inflammabilitate*,& (6.) *purgandi facultate* facilè probaveris. Et quamvis Medici cultiores ex coloribus nunquam temperaturæ argumentum ſumant, cùm quilibet color cum qualibet qualitate conſiſtere poſſit. Annon *albedo* enim ineſt in *ſummè calidis*, ùt *in calce*, in *ſummè frigidis*, ùt in *marmore*, in *ſummè humidis*, ùt in *lacte*, & in *ſummè ſiccis*, ùt in *capillis* & *lana* ? annon calor quædam denigrat, ùt *cutim* & *carbones*; aliqua dealbat, ùt *calcem* & contra: frigus cutim reddit *lividam*, nivem & grandinem *albam*: quædam *alba* ſunt & *calida*, ùt ſal, ſaccharum, calx: alia *frigida*, ùt lac, marmor, nix: quædam *nigra* & *calida*, ùt piper, alia *frigida*, ùt opium, veluti ex *Galeno* (c) adducit Doctiſſimus *Plempius*, (d) color tamen *Jalapinus* de igneis & ſulfureis probabile nobis perhibebit teſtimonium; calorem ex ſapore acri, linguamque feriente, ſalivamque in faucibus ciente, manifeſtiùs colliges. Omnia quippe acria calida ſunt.

Temperies calida & ſicca.

(b) Rolfinc. Med. ſpec. comment. L. V. S. 4. c. 7. p. 506. & de purgant. S. 2. a. 3. c. 3. (c) L. IV. de ſimpl. med. fac. c. ult. (d) L. II. ophthalmograph. c. 2. p. 87.

sunt. Adde exhalationes à tenuitate partium oriundas, cunprimis in pulvere, calido effectu præditas, ideoque sternutationem crebrò excitantes. Omnia resinosa calida quis negabit? Sal enim in iis, unà cum sulfure, acriusculum, stimulans, humores commovens, motosque ad extra protrudere valens. Itaque ex resinositate & inflammabilitate *Jalapinæ* ὀφθαλμοφανερῶς calorem deprehendes. Annon manifestè ardet resina, (quæ etiam in oleum liquatur) unde hoc, nisi à *sulfure*? partes exhalantes volatiles de *Mercurio* participant, sapidæ, stimulantes, & acriusculæ de *sale*, ut Chemicis trinum suum omninò reddere queas: ne dicam, in ipsos sensus hæc principia incurrere. Inde retortæ vitreæ libram dimidiam radicis *jalapæ* resinosæ, destillabunt spiritûs seu liquoris acidi, mannæ spiritûs æmuli, unciæ duæ, seu tres, olei drachma una cum dimidia, vel amplius etiam, salis volatilis expliciti nihil, caput mortuum in fundo hærens, & nigricans penè, combustisque sulfuris particulis resplendens, promtè ardebit, quod ulteriori calcinatione & elixiviatione salis alcalici partem fundet. (e) Demùm ex ipsa purgandi facultate caliditas *Jalapinæ* patescit. Omnia enim purgantia calida sunt. Ideo siccioribus minùs conveniunt. Vitio vertitur radici nostræ, quòd sicca sit, & post operationem alvum adstrictiorem linquat, ùt alia cathartica. Ita: sicca est actû καὶ δυνάμει. Dum enim serosa potenter educuntur, feces tàm citò colligi nequeunt. At quid inde? Nullus ergò Medicorum calidum siccumque *Jalapæ* temperamentum in dubium facilè vocabit.

In quo gradu? §. 2. Rixæ tantùm nascuntur circa gradum. *Schon-*

(e) D. Wedel. l. c. 5. 4.

Schonborn (f) & *Blaſius* (g) calidam in primo, & ſiccam in ſecundo gradu aſſerunt. *Macaſius* (h) cum *Rolfincio*, *Wedelio*, (i) aliisque probatiſſimis Practicis, in ſecundo gradu calidam ſiccamque ſtatuit. *Bernh. Chriſtin.* (k) *Schonbornium Blaſiumque* ſequitur. D. *J. Theod. Schenck.*, celebris olim Prof. in alma Salana, (l) calidam & ſiccam in tertio gradu. *Ego* (ſunt verba Venerandi Senis D. *Sim. Paulli* (m) *magis magisque confirmor in hac ſententia, nempe ſatius eſſe ſtatuere*, gialapam & ſcammonium *ejusdem eſſe indolis, ejusdemque* temperiei *cum ſcammonio, quod Meſves quidem calidum & ſiccum in ordine tertio, ſed Tabernæmontanus poſt Dodonæum* (n) *iis, quæ moderatè calida & ſicca ſunt, annumerandum docet. Minimè igitur illis ſubſcribendum, qui* gialapam *in quarto gradu calidam & ſiccam eſſe ſcribunt, uti faciunt rerum Indicarum Commentatores, ſpecialiter Joann. de Laët*, (o) *qui omnes Mechoacannæ ſpecies, præter* Matlalitztic, (*quæ moderatè calet*, & *leniſſimè purgat, ideoque tutiùs adhibetur,*) *calidas ſiccasque in quarto gradu eſſe volunt.*

§. 3. Haud inficiabimur, ſuccum *Jalapæ* reſinoſum, recentem, expreſſum, & nondum ullâ arte inſpiſſatum, longè calidiorem acrioremque radicibus eſſe, in taleolas ſectis & exſiccatis, uti ὁ θαυμασιώτατος *Caſp. Hofmann.* (p) *recentem* iridem ad *quartum* caliditatis & ſiccitatis gradum reducit, *ſiccam* verò in *primo* ſubſiſtere, aut ultra *ſecundùm* non

Succus calidior radice.

(f) tr. de purgant. ſimpl. manual. ej. pract. affix. p. 304. (g) in ſyſt. mat. med. cit. p. 404. (h) Prompt. mat. med. ib. poſt. S. I. c. 2. p. 106. (i) l. c. p. 16. (k) inſt. med. p. 174. (l) Medicin. general. P. II. p. 177. (m) Cl. III. Botan. p. 473. (n) L. II. S. XII. c. 4. p. 1267. (o) L. V. Indiæ occident. c. 33. p. 266. (p) L. I. *M.* O. c. 20. §. 7.

non ascendere docet, licèt alii aliter sentiant. Quicquid ergo Autores de *quarto* caloris siccitatisque *gradu Jalapæ* differunt, de recenti, succulenta, inque solo natali degustata radice, non sicca autem, ùt ad nos transportatur, intelligenda autumat laudatissimus *Paulli*, (q) idque declarat raphano nostro rusticano, qui calidus in tertio, & siccus in secundo, quibusdam etiam tertio gradu perhibetur, cujus radices exsiccatæ longè temperantiores succosis & recentibus, sale & sulfure volatilibus maximam partem exutæ. Opponi potest istud Galenicum: (r) *omne, quod siccum, viridi est valentius.* Verùm id examinandum est secundùm volatilitatem, diffusionem, aliasque circumstantias. Manet igitur, omnium rectè sentientium judicio, *gradu secundo* calida & sicca. Cùmque id *Wedelius* noster, ἰατρὸς κατὰ φύσιν, principiis & rationibus solidè probârit, ipsum adeas velim, si plura forsan cupias.

Jalapa scammonio simillima.

§. 4. Eò res redit, & hæc veluti summa est, (s) *scammonio* simillimam haberi *jalapam*, ceu eam æquè ac id valde esse resinosam, adeò ut illæ cautelæ, quas observandas esse in usu *scammonii* retuli, minimè negligendæ sint novellis Practicis commendaturis ægris *jalapam*, aut illius *resinam*. Incomparabilis *Hofmannus*, (t) post quàm ultrò citroque de differentia *scammonii* genuini & adulterati notis eruditissimè disseruit, cùm nulla providentia satis sit in utendo *scammonio*, postremò sincerè monet:

Cautela circa usum illius.

(1.) Ne *scammoniata* dentur illis, quibus ventriculus (comprehendo intestina) est debilis, quales ferè sunt *hypochondriaci*.

(2.) Ne

(q) Botan. cit. p. 474. (r) lib. de atten. vict. ration. c. 2. (s) Paulli l. c. p. 473. (t) L. I. de M. O. c. 34. p. 87. & 24.

(2.) Ne *calidioribus*, & qui ad *febres* proni sunt. Valde enim turbant corpora.

(3.) Nec in specie iis, qui faciles sunt ad *lipothymiam*, fortassis ratione oris ventriculi.

(4.) Perhibent etiam, ne in *substantia* detur in jusculo. Ego vidi, qui dabat ita, & quidem pueris ad grana XX. Quod cùm mirarer, Ho! inquit ille, est Monspeliacum. Quod an satis sit, videant boni. Ast cùm ipse *Paulli* (u) *jalapæ* usum tutiorem pronunciet, quàm *scammonii*, ultimum sanè monitum nihil ad nos. Siquidem *Schonborn* (w) & *Blasius* (x) *jalapam* in substantia cum jusculis præbent, idque quotidie tutissimè fit.

CAPUT VI.

DE VIRIBUS JALAPÆ IN GENERE.

§. I.

Purgantium apud nos origo.

NUllis purgantibus opus esse, ait Summus *Bartholinus* (y) *si sobriè vivamus, &, spreto externo luxû, secundùm Naturæ leges, patrio alimento & vivendi genere contenti simus. Ingluvies enim illa, quâ multi fatigantur, onerat stomachum, & copiam excrementorum cumulat, quæ per purgantia deinde educi debent. Deinde peregrinus luxus, peregrina fercula, peregrina aromata, majoribus nostris, felici illo seculo ignota, accendunt in corpore nostro ignes, naturamque nostram invertunt, ut, quia peregrino victui inhiamus, etiam peregrina medicamenta debeamus advocare. At si nostris patriæ bonis, agricolarum more, sapienter & moderatè fruemur, etiam cum agricolis integrâ essemus valetudine,*

(u) loco cit. (W) l. a. (x) l. d. (y) diss. III. de Medicin. Danor. domest. p. 75. seq.

dine, nec alienis medicamentis & validè purgantibus alienam in corpore colluviem expurgare cogeremur. Pœnæ loco nobis alienarum medicinarum imponitur necessitas, quia vivendi mos, quô canos meruerunt Majores nostri, nescio quô morum domesticorum fastidio, exolevit. Cùm igitur omnia apud Nos corrupta & perdita sint, utique sterquilinium crebriùs repurgandum erit.

§. 2. De *extracto panchymagogo Crollii* (quod vide sis apud ipsum Autorem, (z) *Schröderum*, (a) & *Begvinum*,) (b) omnes publicè affirmant, non dari melius catharticum, quod minori molestia omnes humores noxios expurget. Ita omni laude dignum, cunprimis secundæ descriptionis. (c) At

Laudes jalapinæ.

sanè eosdem effectus à *Jalapa* nostra certo præstolabere, quam ideò, ceu *catholicum*, & *panchymagogum*, seu *reginam omnium purgantium*, in toto regno vegetabili, sivè sub nostro, seu alio Sole quæras, meritò commendamus. Omni enim voto & intentioni tuæ semper faciet satis, seu lenius fortiusve exoptes catharticum, vel *bilem*, seu *pituitam*, aut *melancholiam*, *serumve*, seu omnes istos humores conjunctim exturbare cupias; ut nec simpliciter inter cholagoga, vel phlegmagoga, seu hydragoga, aut melanagoga eam reposueris. Ad omnia quippe utilis & idonea est. Si tamen specialiùs roges, quem ex hisce humoribus (si prisca adhuc staret doctrina de electivè purgantibus) præ reliquis magis expellat, *phlegma*, ajo, *serumq;*, teste experientiâ, fidissimâ rei teste. Nec te turbet vel *Galeni*, (d) seu *Felicis Plateri*, (e) aliorumque, quos inter etiam

(z) Basil. Chym. p.m. 137. seq. (a) pharm. Med. Chym. L. II. c. 57. p. m. 221. (b) tyrocin. Chym. c. IX. p. 196. (c) Croll. l. c. p. 139. (d) L. II. acut. 12. (e) quæst. therapeut. 86, p. 214.

etiam *Bartholinus* noster, (f) opinatio, dicentium; sua cathartica vi nobis adversa semperque inimica qualitate esse. Rectè potius Elegantissimus *Timæus à Güldenklee* (g) pulveri suo panchymagogo, (quod infrà (h) transscripsimus) & Cl. *Zvvelfer* (i) pilulis suis panchymagogis (k) immiscuit *Jalapam.*

§. 3. Gaudet *Jalapa* viribus suis communibus & propriis; & his quidem vel per se & essentialiter, seu per accidens & secundariò. Visis principiis & temperamento ejus, facilè cognosces, illam generaliter facultatibus *aperiendi*, *attenuandi*, *incidendi*, *discutiendi*, *resolvendi* & *abstergendi* præditam esse. Ubicumque ergo hujusmodi indicatio fuerit, tutò ad partes vocabis, nec spes te confundet unquam, nisi remora interveniat. Tantas patrat virtutes stimulo suo sulfureo-salino, & prudenti misturæ modo, ob particularum tenuitatem & activitatem eximiam. Quæ vires adjuvant & sequuntur ipsam purgandi ἐνέργειαν. Hinc quò major stimulus iste gliscit in mixtis purgantibus, eò fortiùs & largiùs quoque purgabere. Quò magis autem hæc spicula fracta, seu obtusa fuerint, eò segniùs parciùsque secedes. Legenda omninò tyronibus limatissima disputatio *Wedeliana* de purgantibus ritè adhibendis, (l) vel discursus *Hofmannianus*, (m) ut alios hîc prætereain.

Vires jalapæ communes & propria.

§. 4. Hæc purgandi vis fluit ex acrimonia, ùt diximus, salino-sulfurea, fixiori licèt, & quidem illa ipsa mistura seminali, quam mortalium ingenia vix scrutabuntur. Acrimoniam dat gustus, resinosi-

Vnde vis purgandi Ialapina.

(f) diss. cit. p. 70. (g) in descript. medicam. cas. ej. annex. p. 422. (h) c. 9. §. 1. (i) pharmacop. Reg. Cl. VI. p. 845. seq. (k) vid. c. 22. §. 10. (l) Jen. 1675. (m) L. I. M. M. §. 7.

noſitatem viſus, eamque demonſtrat inflammabilitas. Viden' igitur irritationem, & conſequenter vim incidendi, aperiendi, liquandi, fundendique humores viſcidos & congrumatos, ſanguinemque craſſiorem & coagulatum impurumque, nec ad periodum ſuam ſatis amplius idoneum. Quam liquationem, ſeu fuſionem, Naturæque irritationem ſequitur excretio. Sunt equidem particulæ volatiles in *Jalapa*, ſed ligatæ magis acido vinculo. Hinc fruſtrà elicies ſal volatile ex ea in deſtillatione, ideoque etiam ordinariè vim ſuam catharticam κάτω tantùm peragit, cùm ea contra, quæ ſal volatile, ùt vegetabilia; vel mercuriale, ùt metallica, habent volatilius, ἄνω potiùs operentur. Ob gummi copioſum etiam fortiùs humores ſeroſos educit, quàm Mechoacanna. Scribit *Höfer* (n) radicem *violæ Peruvianæ* (die Schweitzerhoſe / oder der Spaniſche Anſtrich/) in dupla doſi eundem edere effectum, quem *Jalapa*.

An realis ſit diverſitas inter purgantia, &c.?

§. 5. Communiter & ordinariè κάτω purgat, vomitum tamen exinde aliquando, licèt rariùs, excitatum notavimus. Quæſtio eſt: *an realis & vera detur diverſitas inter purgantia*, ita, ut hoc tantùm vomitum cieat, iſtud alvum? an verò potius totum hoc diſcrimen aut in limitatione majoris minoriſve doſeos aut in additione debiti corrigentis conſiſtat? nullum datur vomitorium, quod non etiam per inferiora purget. Nullum datur purgans per ſeceſſum, quod non etiam vomitum excitare valeat. Cùm itaque nulla nova vis purgantibus accedat, ſed unum idemque medicamentum nunc ſuperiùs, nunc inferiùs purget, quid, quæſo, aliud diſcriminis hîc reperitur, quam limitatio quanti-

tatis,

(n) H. M. p. 341.

catis, & additio corrigentis, ita, ut vomitus tantùm videatur majoris purgationis & operationis, evacuatio autem per alvum minoris. Quia autem magis & minus non variant ſpeciem, etiam inter purgantia hîc non datur ſpecialis differentia. Interea in nonnullis videmus, ea in minima doſi peculiari qualitate & ſuapte natura ἄνω, non verò κάτω propenſionem habere: alia tamen manifeſtè agunt. Si pharmacum fortius (porrò diſſerit *Hofman* (o)) ventriculum ingreſſum eſt, tunc ſtatim operationes exerit, & humores, quos invenit, fermentat. Hi fermentati ſuâ ebullitione & acredine ventriculum ſtimulant, ut per ſuperius orificium eos extrudat: ſi in hac excretione ſimul omne medicamentum aſſumtum expellitur, tunc peracto vomitu purgatio ceſſat. Si verò pharmaci quædam reliquiæ in ſtomacho remanſerint, tunc illæ poſtmodum inteſtina ingrediuntur, & innatâ ſuâ acredine, & fermentali caliditate ea pariter ad excretionem humorum per inteſtinum rectum irritant. Eodem modô medicamentum minori quantitate & levius aſſumtum non ſtatim in ventriculo agere incipit, ſed tamdiu interdum moratur, donec per pylorum excluſum, & tunc per inteſtina tantùm evacuat, nulluſque conjungitur vomitus. Vietor iſte, (p) & plures alii, à *tartari emetici* granis tribus ſeu quatuor ne ſemel quidem vomuêre, κάτω verò purgati ſunt largiſſimè; quod idem accidit Viro Conſultiſſimo D. *Petro Scavenio*, ſtudiorum meorum Fautori in Inclyta Academia Hafnienſi, (q) ab uſu *ſirupi emetici* Salæ. Sic *antimonium diaphoreticum*, loco ſudoris, alvum vomitumque, cum fructu recuperatæ ſani- ♁ *Diaph. purgans.*

(o) l. c. p. 48. (p) L. II. (q) Vol. II. Act. Med. Hafnienſ. obſ. 27.

ſanitatis, movit. Scilicet femina XXV. circiter annorum in febrem continuam, haud omnis malignitatis expertem, inciderat, hanc autem cùm primò neglexiſſet, calore ſemper aucto, viribuſque non parùm attritis, & maculis hinc inde in corpore, præſertim facie, comparentibus perterrita, auxilium expetiit D. D. *Riedlini* junioris, (r) qui decoctum pro potu conveniens & theriacæ cæleſtis grana quatuor præſcripſit, noctem tamen inſomnem ducebat, & ſymptomata altero die omnia adhuc eadem erant. Ergo pulverem parari juſſit pro duabus doſibus ex antimonio diaphoretico, cornu cervi phil. calcin., lap. cancr. &c. Hujus alteram doſin cùm ſumſiſſet, loco ſudoris vicies & ſcœpius alvum dejecit, aliquoties etiam vomuit, omnibus tamen ſymptomatibus nunc multò mitioribus. Dabat Medicus aliud diaphoreticum, quod ſudorem & menſes etiam præter ſpem provocabat. Quorum fluxû finito, ſine ullo alio remedio integrè convaluit. Ut verò certò reſciret *Riedlinus*, utrum ex antimonio minùs ritè forſan parato hic effectus deducendus foret, reſiduam pulveris doſin juveni, eâdem febri decumbenti, exhibuit, ſed ille præter ſudorem nil aliud ſenſit ab illo. Ita *laudanum opiatum* multis extitit *purgans*; (s) eruditas hujus rei rationes dabit D. D. *Wedel* (t) & D. Edtmüller. (u)

Laudan. opiat. purg.

§. 6. Commodè etiam uſum *jalapæ* inter ἀποφλεγματίζοντα retuleris, ſeu per ſe maſticata, vel cum aliis in aliam formam redacta. Fundit ſiquidẽ humores, liquat pituitam, irritatq́ue narium membranulam, ut ſint, qui, ne inter pulveriſandum ſternuta-

(r) Cent. obſ. ſingular. num. 91. (s) Dec. II. Eph. cur. ann. VI. obſ. 202. & ann. VIII. obſ. 44. (t) Opiolog. L. II. S. I. c. 5. (u) diſp. de virtute opii diaphoret. c. 3. §. 4.

nutatio negotium facessat, modicum aquæ aspergi jubent. Ideò haud ineptè ***errhinum***, seu ***ptarmicum*** ex ea paraveris, helleboro mitius. Ego cum sola majorana & floribus lavendulæ commiscui, & pituitam mihi, citra manifestam cerebri agitationem, fortiùs eduxit, meatusque narium bellè reseravit. Et si quis omninò curiosiora experimenta tentare velit, agè, quid inter ***rubefacientia***, ***attrahentia*** & ***dissipantia*** valeat, expiscetur, licèt usus ejus externus nostris scholis hactenus ignotus sit. Ego Pl. Rev. & Nob. Dn. *Adelhardo à Bruch*, Imperialis Abbatiæ Corbeiensis Capitulari, Amico nostro, dedi quondam *Mag. Jalap.* gr. XV scammon. sulfurat. gr. VI. in sirupi viol. uncia una. Sensit ille quidem magnos in ventre motus, at semel tantùm excrevit κάτω, sputo verò copiosiùs per biduum cum insigni allevatione ejecto. Sæpius etiam unius ejusdemque dosis in eodem subjecto diversa planè operatio fuit. Femina per aliquot menses dolore ventriculi gravativo vexabatur, cui talem præscripsit pulverem laudatus *Riedlinus*, Amicus pl. colendus. (w)

Errhinum è jalapa.

Observ.

℞. Crem. Tartar. drachm. dimid.
Magist. Jalap. gr. VII.
gumm. gott. gr. IV.
ol. dest. anis. gutt. I. M. pro dosi.

Septies κάτω, semel ἄνω vim suam exseruit, hincque, dolore sublato, alia medicamenta non postulabat. Eôdem verò affectû post aliquot septimanas recurrente, annon hunc pulverem repetere liceret, rogavit? Quô concessô, eôdemque iterum sumto, sine vomitu plus quàm tricies alvum dejecit,

(w) cent. cit. obs. 96.

cit, citra notabilem molestiam viriumque jacturam, & postea ab omni dolore immunis vixit.

Carminativum est. §. 7. Cùmque humores, ceu pondera inutilia, calorem nativum obruentia, glutinositate & viscositate eorum priùs liquatâ, commodè exturbet, sicque materiam flatuum removeat, ut, viis apertis, cuncta eant liberiùs & sine mora, explosô etiam dolore, utique *carminativa* inter locum merebitur facilè primarium. Ceterùm quicquid *Frid. Hoffmannus* (x) de *Mechoacanna* affirmat, id omne justiùs & efficaciùs de radice nostra polychresta dixeris, cùm, nullo dissentiente, easdem obtineat virtutes cum singulari prærogativa. Audiamus verò Optimum Virum:

Vires Jalapina. *Qui purgantur,* infit, *hâc radice, non solùm non sentiunt debilitatem, sed & fortiores evadunt post purgationem; ejus excellens prærogativa est ad epar, illud mundificando, obstructiones ejus demendo, ac validissimè corroborando. Unde &* icterum *&* hydropem *curat, membraque omnia naturalia ita roborat, ut facillimè malas qualitates, temporis longitudine contractas, emendet.* Febres chronicas *&* erraticas, *similésque rebelles exstirpat, dummodo sæpè repetatur ejus usus per epicrasin evacuando, mundificando & corroborando.* Inflationibus uterinis *mirificè auxiliatur, humores crassos evacuando, ac flatus rugitusque dissipando. Ad quamcunque* dyspnœam *valde efficax est:* doloribus colicis *adjumentum validissimum.* Dolores stomachi *potenter sedat; ad* ardorem & difficultatem urinæ, ex *tartareis ortam humoribus, salutare remedium:* Hemicraniam *sedat, & quoscunque antiquos capitis morbos, ut est* cephalæa, vertigo, epilepsia; & *prohibet* quam-

(x) l. c. p. 92.

quamcunque destillationem *etiam antiquam. Ad* luem veneream, *teste Monardo*, podagram, ceterosque articulorum dolores *sanandos* (*dummodò articuli debilitatem non contraxerint irreparabilem,*) *summum est adjumentum. In hac radice* omnia *ferè effulgent* pharmaci laudabilis requisita, *quæ Helmontius in veris requirit purgantibus.* Gialapa *Domina* est, mechoacanna *ancilla. Auream* meretur stolam gialapa, *laneam* mechoacanna. ὄγκῳ, *mole* tumet mechoacanna, *δυνάμει, virtute* turget *gialapa.* Infelicia secula retrorsiora, quòd caruerint *gialapâ*, exultent nostra, quòd eâ abundent. Cujuscunque magistra est *cacochymiæ* gialapa, nulli non parata succurrere morbo. (y)

§. 8. Et quamvis *acidum* liquorem stillet *jalapa*, ideo tamen non dixeris statim, eam agere quoque ob *acidum.* In hoc statu immutatæ sunt particulæ & inversæ, empyrevmaticâ illâ combustione partim sub alcali fixi velo recubant, partim sub ipsius olei momento. Non valet ergo consequentia. *Acidum* spiritum fundit *gialapa*, ergo agit etiam ob *acidum.* Sed potius ipsum hoc *acidum* in ipsius mixturæ harmonia eximiè concurrit ad fermentandos humores, eosque incidendos & attenuandos, ad acuenda & modificanda spicula, interim non prædominatur, ut ei agendi principatus adscribi debeat. (z) Tutissimum ergo, usitatissimum, laudatissimum, omnique sexui & ætati utilissimum gratissimumque purgans *Jalapa* est, & verè panchymagogum, lene simul & forte, pro lubitu tuo.

An ob acidum agat?

§. 9. Nec ineptè junxeris *diaphoretica* & *diuretica* aliquando. Una eademque *principia* sunt salino-

Diaphoretica & diuretica cum ea juncta.

(y) Rolfinc l.c.p.89. (z) Wedel l.a.p.19.

lino-sulfurea, unum idemque *objectum*, humores putâ serosi: cunctaque ad unum collimant *scopum*, & unum intendunt *effectum*. Notaveris ab usu *jalapino* sudorem roscidum in ægrotis, urinâ largiùs iis fluente, ipsâ hoc necessitudine sphincterum vesicæ anique evincente. Quid? quod si purgatio interdum non ex voto succedat, per sudores & diuresin Natura se repurgabit, vel hôc modô opem sibi latura ἀδίδακτος καὶ ἐ μαθῦσα. (a) Purgantia, licèt per accidens, vim habent *diureticam*, & lotium certissimè expellendi efficaciam, ob consensum intestini recti & vesicæ. Illius enim sphinctere soluto, & hic portam pandit, testante id rarioribus historiis Exc. *Langio*, Prof. Lipsiensi. (b) Ridicula, at notabilis, relatio istius, quam ex itinerario *Olearii* Persico decerpsit, in gratiam lectoris transscribenda. Rex Persarum mulierculis quibusdam cinædicis demandârat, ut ad Procerum suorum Primatem citò se conferrent, & coram ipso in conclavi singulæ alvum dejicerent. Quid illæ? parent nempe & Magnatem adeunt. Jamjam verò se accincturis ad exhauriendum mandatum dicit Dynastes: *bene est, agite, & peragite, quod vobis à Domino meo impositum, sed ita, ut ne latum quidem unguem à præcepto deflectatis, verùm strictissimè illud expediatis: quæcunque enim vestrûm juxta latices fundet, & cum alvi fecibus vesicam unà solvet, illa indubitatò jugulabitur.* Persentientes turpiculæ istæ impossibilitatem servandæ conditionis, ventrem scilicet haud reddi posse, nisi insimul vesicæ libertas accedat, statim discesserunt, & Regi callidam

Purgantium vis diuretica.

Hist. ridicula.

(a) Hipp. L. περὶ τροφ. & VI. epid. S. 5. (b) Miscell. curios. VI. p. m. 15. seq. Add. D. Wedel. disp. de diureticis Jen. 1667. c. VI.

lam intimi sui instantiam non celârunt, qui huic tiam clementissimum dedit applausum. Specialiùs *Jalapæ vires* dicentur infrà. (c)

Domestica exoticis substituta.

§. 10. *Thomas Bartholinus, Naturæ Bibliothecarius,* (d) *magnum Anatomes labascentis statumen, & præcipitantis veritatis Atlas*, elogiô *Rolfincciano*, (e) proscriptis omnibus exoticis, (f) pro *rhabarbaro* eligit vel *rhabarbarum monachorum*, vel *lapathum acutum*, seu *jus brassicæ*: pro *jalapa* succum *iridis nostratis*, (quo de ridiculam ferè narrationem, seriæ tamen curationi inservientem, habet *Wolfius* noster, (g) hydragogum excellens, vel semen *ebuli*, seu *sambuci*; pro *scammonio tithymallum*, pro *turbith* radices *esulæ*, maceratas in aceto & siccatas: pro *foliis senæ* Alexandrinæ *polygonati* semen, vel radicem *bryoniæ*, seu *epithymum*, vel surculos novellos *sambuci*, aut ejusdem *medium corticem*. *Bryonia* sanè, ritè præparata, commodè vices *Jalapæ* supplet. (h) Annon succum illius quidam pro arcano habent, sequenti modo collectum? Lunâ decrescente, tempore inprimis vernô, radicem *bryoniæ*, terræ adhuc commissam, excava, desuper iterum impone operculum, ex superioris radicis parte abscissa paratum, & singulis mane invenies duo, vel tria cochlearia plena isti⁹ succi, quem exhibe singulis matutinis horis *hydropico* à cochleari uno usque ad duo. Quô solô vili medicamine multos curatos asserunt. (i)

Arcanum antihydropicum ex bryonia.

CAPUT

(c) Libr. II. per tot. (d) Rolfinc. L. VI. Chym. I. A. F. R. c. 6 p. 426. (e) C. III. epist. Bartholin. 26. (f) diss. III. de Medicin. Danor. domest. p. 77. (g) Dec. II. Eph. cur. ann. III. obs. 63. (h) vid. C. Hofman. L. I. de M. O. c. 5. p. 15. (i) Dec. & ann. cit. obs. 4. in schol. p. 23.

CAPUT VII. DE DOSI JALAPÆ.

§. 1.

O. in pondere, &c.

FEcit Deus omnia in pondere, numero & mensura, i.e. in *sapientia* sua. (k) Et Medicus nihil sine iis unquàm agit agetvè feliciter. Tene igitur mensuram, & respice finem, (quod symbolum erat *Maximiliani* I.) si boni medentis munere dextrè fungi cupias. Non satis enim remedium invenisse, nisi etiam, *quâ ratione uti debeas*, cognoveris; aliàs enim *instar gladii* erit *in manu furiosi.* (l)

Dosis catè varianda.

§. 2. Varianda utique dosis pro loci morbique natura, & temperamentis planè diversis, humorum etiam, viarumque, per quas transit medicamentum, dispositione. (o) Aliud quoque est, si absolutè & in substantia, aliud si cum pluribus purgantibus mixtam, adulto, vel minorenni, seu mediæ ætatis homini, dederis. Specialissima igitur & individualis dosis dimetienda erit ex cujusvis subjecti constitutione tàm generali, quàm speciali. Alii siquidem ab integra drachma haud moventur, alii contrà ab uno alterovè grano, veluti pusiones, maximè turbantur. (m) Cumprimis in hac re simpliciores & incautos Medicos fallunt *hypochondriaci* & *scorbutici*, vel ad excessum, seu defectum creberrimè declinantes. Næ, si intestina sicca sint, & ventriculus validus, humoresque copiosi, aut alvus strictior, majori opus erit stimulo, licèt rectiùs humectantia, quàm δραστικώτερα usurpentur. Si verò villi ventriculi teneri, humores acres & salino-sulfurei, etiam personæ facilè mobilis, & rarioris texturæ

(k) Ps. CIV. 14. (l) Galen. de V. S. c. 1. & L. XIV. M. M. c. 1. (m) vid. c. X. §. 4. seq.

turæ ſint, cautiùs progredere, cùm his aliquot grana ſufficiant. Præſtat ſemper bis tutò, quàm ſemel malè. Videatur memorabilis hiſtoria Grubiana. (n) Sed tales curioſo Practico tantùm non quotidie occurrunt, omniaque hîc repetenda & notanda, quæ prolixiùs dudum conſignârunt *Jul. Cæſar Claudinus*, (o) *Frid. Hofmann.* (p) & D. *Wedel.* in judicioſa diſputatione *de purgantibus ritè adhibendis*, (q) ad quos lectorem amando. Noſtra intentio eſt, doſin *jalapinam* pro una vice tantùm hîc determinâſſe, & habito quidem reſpectu ad adultos, ad quam de reliquis mediæ minorisve ætatis doſibus ipſemet prudenter judicaveris, addens & ſubtrahens.

§. 3. Copulavit D. D. *Sim. Paulli* in compendio doſium ſimplicium compoſitorumque medicamentorum, tàm vomitoriorum quàm purgantium, (r) variorum Practicorum pondera, quæ tyronibus ſufficiunt. *Doſes Variorum.*

Caſp. Hofman fatetur, (s) ſe hactenus in granis ſubſtitiſſe, & infra ſcrupulum unum, nec ullum gravius ſymptoma ſuperveniſſe.

Morellus Jalapam in ſubſtantia dat à ſcrupulo uno ad quatuor.

Sennertus - - - - - ad ſcrupulos duos.

Horſtius - - - - - ad ſcrupulos tres.

Bauhinus à drachma dimidia ad integram. (t) *Quare drachmæ unius pondere*, ait, *tutò exhibetur, & ſine faſtidio opus ſuum exequitur. Sunt, qui ea in doſi cum aqua cichorii aut ſimili ſtillatitia, ſeu ju-*

(n) libr. de ſimpl cognoſcend. p. 122. ſeq. (o) de ingreſſu ad infirm. L. II. c. 8. & 9. (p) L. I. M. M. c. 7. p. 43. ſeqq. (q) c. 5. (r) Botan. ej. quadrip. edit. Argent. annex. p. m. 591. (s) de M. O. L. I. c. 6. p. 18. (t) vid. L. VIII. Th. Botan. c. 2. p. 135.

re, actu frigidis, tribus horis ante prandium propinent. Testatur tamen *Segerus*, (u) ipsum drachmam dimidiam non excessisse.

Sebizius senior. (w) - - - ad drachm. dimid. aut scrupulos duos.

Willisius - - - à scrupulis duobus ad integram drachmam. (x)

Fr. Hofman (y) & *Schröder.* (z) - - à scrup. dimid. ad integr. & dr. dimid.

Th. Bartholinus (a) rarò, etiam robustissimis, drachmam mediam concedit.

Schonborn tamen ait, (b) unà cùm *Blasio*, (c) ad drachm. unam tutò exhiberi posse. Ita: sumsit drachmam integram mendica illa, expulso vivo serpente, per biennium in ventre gestato. (d) Audivit *Hofmannus*, (e) drachmam integram dari solis hydropicis, quos unâ ferè purgatione restitui ajunt. Credo, si vitio renum sit malum. At lege, quid copiarum Præfecto acciderit ab ista dosi apud laudatissimum *Bartholinum.* (f) Ultra septuagies illi alvus soluta & vehementer commota fuit, ut extremum spiritum videretur per inferius guttur redditurus, nisi adstringentibus & roborantibus maturè ipsi fuisset consultum. Annon hypercatharsi extinctus est mercator Lipsiensis, qui etiam drachmam unam *gialapæ* assumserat, quam dosin *nimiam* vocat D. *Ammann.* (g) Dederas carnifex

Dosis nimia.

(u) C. III. epist. Bartholin. 35. p. 130. (w) T. I. Spec. Med. pr. P. I. S. I. c. 4. p. 107. (x) vid. Dolæi Encyclop. med. L. III. c. 9. p. 575. a. (y) l. c. p. 93. (z) Pharm. Med. Chym. L. IV. Cl. III. p. 242. (a) C. III. epist. 36. p. 133. (b) libell. de purgant. manual. ej. med. pract. annex. p. m. 304. (c) in syst. mat. med. reviso, aucto & illustrato, ac Morell. formul. remed. annex. p. 405. (d) Dec. III. Eph. ann. I. obs. 135. (e) L. I. M. O. c. 6. p. 18. (f) C. V. hist. 69. (g) in discurs. super cas. XXXV. in Med. Crit. p. m. 249.

sex viro in febre continua XLV. grana *Jalapa*, robustis saltem, censurâ Reiselianâ, ad XXX. concedenda. Morte subsequente corpus exangue ferè repertum. (h) Execranda temeritas, & stigmate digna istius scelestissimi circumforanei, qui civi Coslinensi in hydrope ascite sequentem pulverem semel simulque dabat: *Hist.*

℞. Tartar. vitriolat. drachm. dimid.
Gumm. gott. drachm. dimid.
R. Jalap. elect. scrup. duos cum dimid.
sal. Vitriol. alb. scrup. dimid.
F. auri num. III. F. pulv.

Per biduum plus quàm centum dejectionibus ingentem serosi humoris copiam excrevit, & tamen intra paucos dies sanitati restitutus est. (i) Ejusdem furfuris nebulo iste, qui in pharmacopolium Hüxariense hanc formulam aliquando miserat:

℞. *Raths Gabre lappen*
pribarert dragme bis,
Anton monsium scropel sems,
sahl de darter, cran. 8.

Mistxe vit bolvis. S. uf enmohl. id est:

℞. *rad. Jalap.* præp. drachm. duas,
antimon. diaphoret. scrup. sem.
sal. Tartari gran. VIII.
M. f. pulv. pro una dosi.

Sic alius hydropico, sine successu tamen, dabat scrupulos duos gummi gutt. (k) Imò alius alii integram drachmam gummi istius haud correcti. (l) *Ego verò rogo te, quisquis es, bonæ mentis vel medicus, vel pharmacevta, vel chirurgus, confide post Deum*

(h) Dec. II. Eph. ann. VII. obs. 14. (i) Timæus L. III. cas. 25. (k) Dec. I. Eph. cur. ann. V. obs. 166. p. 210. (l) Dec. I. ann. VII. obs. 82.

um conscientiæ tuæ quæ per Hippocratem præcipit tibi, morbis non obesse, si prodesse non possis. (m) *Thoner.* (n) militi cuidam in quartana dedit pro una dosi scrup. quatuor, juveni in anasarca scrup. duos cum demidio, (o) feminis asciticis Idem (p) & phthisico, (q) nec non puero octenni (r) scrupulos duos, semper cum aliis purgantibus remistos.

Timæus à Güldenklee (s) mulieri in fluxu mensium nimio, & quartanario (t) drachmam mediam. D. *Blumentrost* unà cum aliis catharticis eandem dedit dosin apud *Bieringium*. (u)

Riedlinus senior (w) puellis XV. & XVI. annorum, imò puero duodecenni; (x) drachmam mediam cum aliis: quinquenni (y) grana XVIII. etiam cum aliis remista. Alii duodecim annorum scrup. unum cum aliis, (z) bienni grana XV. (a)

Fonseca sibi ipsi dabat drachmam unam cum media. (b)

D. *Georg. Seger*, Poliater tunc Thorunensis, (c) Amicus dilectissimus, sibi drachmam integram radicis recentis & gummosæ cum cremor. tartar. & cinamom. an. scrup. un., dejecitque octies εὐφόρως, ùt ipse fatetur. At quid *Bartholinus* noster respondit? (d) Forsan radix tua, in qua sumenda adeò liberalis fuisti, tam *recens* non fuit aut *gummosa*, quàm Pharmacopœus persvasit. *Hoc enim hominum genus sæpe nos fallit, & vetustis medicamentis novi-*

(m) C. Hofman. in præfat. in mat. officin. medic. (n) L. I. obs. p. 79. (o) L. III. obs. p. 153. (p) l. c. (q) lib. cit. p. 131. (r) l. c. p. 137. (s) L. IV. cas. 11. (t) L. VIII. cas. 19. (u) C. I. advers. curios. cas. 57. in schol. p. III. (W) C. II. obs. 69. & C. III. obs. 25. (x) C. III. obs. 85. (y) eâd. cent. obs. 21. (z) C. II. obs. 55. & C. III. obs. 42. (a) C. II. obs. 71. (b) T. I. consult. 57. (c) C. III. epist. Bartholin. 35. p. 130. (d) epist. seq. p. 133.

novitatem dare ſcit. Tanta pulveris copia faſtidium parere ſolet.

§. 4. Ego cum *Rolfincio*, (e) Mœbio, (f) Jungkenio, (g) aliisque probatis Practicis ſuprà laudatis, ultra drachmam mediam nunquam aſcendi. In infuſo *Schröder*, *Hofmann.* & alii à drachma una cum media ad drachmas duas præſcribunt. Sed quidnî altiùs ire liceat ſine ullo periculo? Reſina *jalapina* communem habere poterit doſin cum reſina ſcammonii, in pilulis ad ſcrup. ſem. (h) Lipſienſes (i) cum *Schrödero* (k) & *Sebizio* (l) grana XVIII. extracti verò à ſcrup. dimid. ad integrum dabunt. *Riedlin.* (m) puero XV. annorum in quotidiana intermittente grana XIII. & viro catarrhoſo ac iſchiatico alii eandem doſin cum quatuor granis magiſt. ſcammon. porrexit, (n) ſexagenariæ grana XVII. (o) Sedini *magiſter. Jalapin.* ad gran. IV. exhibitum κάτω ſatis commodè eduxit materiam ſeroſam, aliàs in ſubſtantia excitavit aliquoties hypercatharſin, ait Medicus Sedinenſis apud *Ammannum* (p) *Gregor. Horſt.* (q) à granis XVIII. ad XXIV. dedit. Quòusque ego progreſſus ſim, ſuprà dixi, & dicetur infrà longiùs, cum recenſione triſtium caſuum de hypercatharſi atrociſſima à gran. XV. hujus reſinæ, tùm tamen ruſticus, eâdem voratâ doſi, nihil omninò commotus ſit. (r) Tutiſſimè aliàs datur etiam aliquot dierum in- *Doſis reſinæ.*

 fan-

(e) Med. ſpecial comment. L. V. S. 4. c. 7. p. 506. Tr. de purgant. S. II. a. 3. c. 5 p. 97. (f) inſt. med. L. V. P. II. S. II. c. 23. p. 652. (g) de ſimplic. delectu p. 40. (h) Moeb. l. c. p. 652. (i) Med. crit. Ammann. in reſponſo ad caſ. 35. (k) l. c. (l) T. I. ſpec. med. pract P. I. S. I. c. 4. p. 107. (m) C. III. obſ. 57. (n) C. II obſ. 64. & 75. (o) C. II, obſ. 66. (p) med. crit. p. 248. edit. noviſſ. (q) L. VII. p. m. 388. edit. Norimb. (r) Dec. II. Eph. cur. ann. VII. obſ. 112.

ſantibus, (s) cum antimonio diaphoretico, (præſertim non edulcato) ſociata. Magnâ enim vi pollet iſtud craſſos viſcidoſque humores incidendi ac reſolvendi cum purgante junctum, doſinque ejus minorem majori compenſat virtute, ſine ullis torminibus. Ego ſanè quotidie utor radice ſaluberrima, vel ideò, quòd in minori doſi efficaciter & ſine violentia, etiam abſque correctoriis, (quæ fruſtrà arrodit *Helmontius*, (t)) in omni ſexu & ætate, citò, tutò & jucundè rem ſuam agat feliciter.

CAPUT VIII.

DE PRÆPARATIS EX JALAPA.

§. I.

Jalapa commoditas.

VIx commodius repereris medicamentum, quod faciliùs aſſumere, variare & miſcere queas, quàm *Jalapam*, ſeu vel ſimpliciori, vel accuratiori modo, vel ſolidâ, ſeu liquidâ, mediâve cupias formâ. Duæ autem baſes ſunt omnium ex ea vel parandorum, ſeu variandorum medicamentorum, *pulvis* & *reſina*. Plerunque datur in ſubſtantia, inque ſubtiliſſimum pulverem redacta, quæ ideò reſinoſior eligi debet: & prout groſſior, ſeu tenuior ille fuerit, ſic quoque variabit operatio. Ad fraudes quippe, vel ignorantiam Pharmacopœorum retuleris, ſi in annuos uſus in pyxide proſtet, omni (ſeu meliori tamen) virtute ſuâ ſpoliatus. Tempus edax rerum ùt omnia, ſic pulveres etiam corrumpit, exſpirantibus paulatim immutatiſque particulis activis, ſeu aëreis, i. e. atomis reſinoſis ſulfureis.

(s) D. Wedel diſp. de purgantib. c. 2. (t) in pharmacopol. ac diſpenſat. modern. §. 50.

fureis. Sufficit igitur menstruus usus. Datur simpliciter & solitariè à scrupulo uno ad duos in adultis, cum liquore idoneo, e.g. vino, jusculo, aut cerevisia calida. Si admiscueris dirigentia, compendiosa ea sint, & pusillæ molis, magnæ tamen virtutis. Fatentur Lipsienses, (u) se raro per se uti *jalapâ*, sed stimuli potissimùm loco, & felicem satis experiri effectum.

§. 2. Quoniam verò cum *tartaro* amicè conspirat, elegantiores Medici communiter admiscent eum, ceu socium optatissimum. Tartarus blandè abstergendo & acrimoniam demulcendo, vim ejus laxantem suaviter suscitat, adjuvat & expandit. Præterea cum omnibus, resolutionem & activitatem ejus in stomacho facilitantibus, vel promoventibus, nec non aperientibus, aptè commiscetur, seu robur caloris, vel fermenti acumen, aut resinositatis explicationem & correctionem, vel fusionem & liquationem humorum intendas. Et licèt non egeat *correctorio*, seu *stimulo*, ut tamen citiùs, tutiùs, & jucundiùs, sicque ex voto tuo agat, justa & salutaris erit mixtura vel *salinorum*, seu *oleorum stillatitiorum*. *Conspiratio jalapæ cum tartaro.*

§. 3. Illa sunt omnia *tartarea* & *nitrosa*, ut cremor, crystalli tartari, tartar. vitriolat. & sal tartari, imò etiam adæquatè terra foliata tartari, quêis addimus salia alcalia alia, pro intentione præscribentis variè & fideliter famulantia, e.g. *artemis., junip., majoran., absinth., menth. cr., veron., chamædr., euphrasiæ etc.* Nitrosa inter eminet nitrum antimoniatum, arcanum duplicatum Mynsichti, & alia, pro lubitu & necessitate stimuli vice adjicienda. *Mixtura salinorum.*

 Com-

(u) in respons. ad. cas. XXXV. in Med. Critic. Ammanni p. m. 251.

Commodissimè etiam additur antimonii diaphoretici (inprimis non edulcati) unum alterumvè granum, nec non diagridium correctum, seu essentia, vel resina scammonii. At cùm resina *jalapina* correctior sit scammonio, inque minori dosi operationes suas perficiat, utique aptiùs eam addideris radici *jalapæ*. Et sic nobiliorem mirabere effectum. Nec saccharum actionem ejus turbat, seu impedit, sed eximiè stimulat. Hinc in sirupis, morsulisque feliciùs aliquando faciliùsque virtutem ejus notaveris. Magis etiam polychrestum & benignius medicamentum est resina scammonii, quàm diagridium sulfuratum, cùm in hoc sordes terræ, arenosæ, &c. contineantur, quæ in resina separantur.

Et oleorum. §. 4. Hæc sunt *stomachica, carminativa*, seu adia, eg. olea destillata *anisi, menth., fœnic., aurant., carvi, cumini, juniper., cinamom., caryophyll., rorismar. &c.* pro vario medentis scopo, præsertim in frigidioribus, cachecticis, & aliis. Eadem ratio erit *elæosaccharorum*, majoranæ, cinamom., fœnic., anis., citr. &c. vel aromatum adjectorum, ad directionem pariter atque saporem. Legi inprimis meretur aureola dissertatio prima de *pharmacia moderno seculo applicanda* Dn. *Danielis Ludovici*, Archiatri Saxo-Gothani, Fautoris, dum viveret, nostri honoratissimi. (w) Cùmque triplici formâ in usum veniat *Jalapa*, siccâ, liquidâ, & spissâ, agè contemplabimur singulas κατὰ λέξιν.

CAPUT

(w) p. 165. edit. prim.

CAPUT IX.

DE PULVERIBUS JALAPINIS.

§. I.

IN acie ergò ſtabunt *pulveres*. Nec ingratus e- (I.) *Pulveres.*
ro tyronibus,ſi,in gratiam eorum,ſelectiores Ex-
llentium Medicorum formulas bonâ fide ſub-
ectam. Species *diajalapæ* D. *Jacobi Fabricii*,ſeu *Spec.diajalap.Hafn.*
fficinarum Hafnienſium,hæ ſunt: (x)

℞. Pulv.*rad. Jalap. reſinoſ.* drachm. decem,
cremor. tartari
tartar. vitriolat. an. dr. III.
reſin. jalap. & ſcammon. an. dr. I.
ol. aniſ. ſcrup. un. M. F. P.

Doſis à ſcrup. ſem. ad drachm. dimid. ſeu ſcrup.
uos, imò integram drachmam, teſte Sim. *Paulli.*
y) Palato gratus blandè & ex voto ſurſum ſubin-
e deorſumque ſeroſos bilioſosque humores ex-
arbat. *Mynſichtus* ita præſcribit: (z)

℞. *Rad. jalap.* opt. & reſinoſ. Unc. duas cum di- *Mynſichti.*
nid.
acidi tartari unc. dimid.
ol. cinam. ſcrup. un. M. F. P.

Doſ. à drachm. dimid. ad ſcrup. duos & drachm.
nam in robuſtioribus. Purgat καλῶ citra moleſti-
m phlegma, utramque bilem, flatus, reliquaſque
mpuritates, ſublatis obſtructionibus, ideo dolori-
us articulorum & hypochondriorum valde utilis.

Pulvis *laxativus vegetabilis* D. G. R. hic eſt: (a)

(x) vid. diſpenſat. Hafnienſ. S. X. p. 97. & Barthol. C.
V. hiſt. 69. (y) de doſ. medicament. Botanic. ej. annex. p.
92. (z) S. V. armam. Med. Chym. p. 125. (a) vid. Fr. Hof-
man, theſ. pharmacevt. S. XXIV. p. 99.

Pulv. laxat. vegetabil. D.G. R.

℞. Pulv. *rad. jalap.* resinos. drachm. III.
polychrest. drachm. dimid.
lap. bez. orient. scrup. un. M.

Dos. à scrup. uno ad drachm. dimid. *Rolfincius* ita præscribit: (b)

℞. Pulv. *laxat. vegetabil.* gr. XXIV.
elæosacch. majoran.
anth. an. gr. iij. M.

Plures formulas Idem habet. (c) Notus etiam officinis pulvis *sirius vegetabilis gialapinus Minderери*.

℞. hujus *pulv. sirii* scrup. un.
olei rorismar.
lign. rhod. an. gutt. III. M. (d)

Pulv. panchymag. Rolfinc.

Pulvis *panchymagogus Rolfinc.* talis: (e)

℞. fol. sen. alex. s. st. unc. dimid.
rad. galang.
caryoph. an. drachm. dimid.
zingib. scrup. sem.
elæosacch. cinamom.
anis. an. drachm. I.
scammon. sulfurat. drachm. I.
jalap. resinos. scrup. duos
cryst. tartar. drachm. III.
Magist. tart. vitriolat. drachm. dimid. S. pulv. fol. sen.

Dos. à scrupulo uno ad drachm. dimid.

Timæi.

Pulvis *panchymagogus Timæanus* hic: (f)

℞. fol. senæ s. st. unc. I.
mechoacann. alb. drachm. VI.
hermodact. elect.
turpeth. gummos. an drachm. dimid.

Rad.

(b) de purgant. S. II. a. 3. c. 6. (c) l. c. (d) ibid. (e) Med. special. comment. L. V. Sect. 5. c. 1. p. 515. (f) in descript. medicament. p. 422. casib. cj. med. annex.

Rad. jalap. drachm. III.
rhabarb. unc. dimid.
agaric. trochisc. drachm. V.
resin. scammon. drachm. un. cum dimid.
Tartar. vitriolat. scrup. duos
ol. cinam.
citr. an. gutt. IX. M. F. P.

Ejusdem *pulvis solutivus* hic est: (g) *Ejusd. pulv. solutiv.*
℞. *resin. jalap.* drachm. II.
sem. melon. excort. scrup. IV.
M. exactiss. in mortar. lapid., adde
crem. tartar. unc. dimid.
conf. alcherm. drachm. I.
M. denuo F. P.

Pulvis *polychrestus*, seu *rubinus vegetabilis*, con-
t ex resin. scammon. (vel *jalap.*) tincta cum san-
..rubr. *Jüngkeniani* pulv. *polychresti* talis descri-
io: (h) *Rubin. vegetabil.*
℞. *resin. Jalap.* gr. XVI.
tartar. purificat. scrup. dimid.
ol. cinam. gutt. III. M. F. P. pro dosi. *Pulv. polychrest. Iüngken.*
el: ℞. *Resin. Jalap.* scrup. dimid.
scammon. gr. V.
Antimon. diaph. cum nitro adhuc mixt. gr. XII.
sacch. cand. scrup. un.
olei cinamom. gutt. III. M. pro una vice.

De pulvere *polychresto* laxativo D. *Michaël.* è
llapa, mechoacanna, scammonio sulfurato, & tar-
ro, peculiari modo præparato, composito, additis
eis fœnic., anis., cinam. caryophyll., vide in
aurent. Blumentrostes pharmacopœa domestica
portatili plura. (i) Basis *Jalapa* est, ceterorum
urgantium facilè primâs. *Et D. Michaël.*

Pul-

(g) l. c. (h) Med. secul. præsent. accommodand. P. II. S.
c. 1. p. 463. (i) c. 61.

Ejusd. pulv. catholic.

Pulvis *catholicus Michäelis* talis:
℞. rad. *jalap.*
mechoacann. alb. an. libr. I.
diagrid. sulfurat. unc. VIII.
olei anis. drachm. un. cum dimid.
cinamon scrup. I. M. Dos. scrup. un.

Pulv. solut. tartarisat. Zvvelfer.

Pulvis *solutiv. tartarisatus Zvvelferi* (k) hic est:
℞. *Jalap.* unc. un. cum dimid.
mechoacann. unc. I.
crem. tartar. drachm. VI.
ol. macis dr. dimid. M.
Vel: ℞. Pulv. *Jalap.* unc. II.
crem. tartar. unc. semis,
ol. macis scrup. unc. M. F. P.

Pulv. solut. de tribus Polon.

Pulvis *solutivus de tribus* officinæ regiæ in Polonia hic:
℞. *Rad. gialap.* pulverisat. unc. I.
resin. scammon. scrup. IV.
tartari vitriolat. gr. VI.
ess. cinamom. saccharat. scrup. II.
M. F. P. Dos. scrup. un. cum dimid. in jusculo.

Ad omnes ferè humores excrementitios evacuandos catharticum præstans, quod recenter paratum multò efficaciùs in operatione, quàm si diutius asservetur. Quod si quis unicam tantum desideret dosin, sequens esse potest:
℞. *rad. gialap.* scrup. I.
resin. scammon. gr. III.
tartar. vitriolat. gr. IV.
essent. cinamom. saccharat. g. II.

Cui D. *Cnöfelius* aliquando adjicebat acidi tartari scrup. sem.

M. F.

(k) Pharm. Reg. Class. IX. p. m. 853.

M. F. P. (l)

Ne nescias etiam, Mi Lector, *Tilingium* no-
um (m) alios pulveres *Zwelferianos*, præter e-
quos adduxi, promere, *Jalapâ* insignes, quos ta-
n in mea editione non reperio. Sic autem pro-
nit *Rolfinc.* (n) *acidum tartari:*

Acidum ♀i panchymag.

℞. *Resin. gialap.*
scammon.
magist. gumm. gott. an. dr. III.
acid. tartar. pulverisat. unc. semis.
M. sensim partem post partem in mortar.
rmor., vel vitreo, sub finem addendo elæo-
sacch. cinamom.
caryophyll.
citr.
ros.
anis.
fœnic. an gr. VI. S. in vitr. Laxier Pul-
(ver.

Subducit pituitosam, biliosam, serosamq́, tar-
eam etiam & melancholicam illuviem, epatis,
nis, glandularum mesenterii lactearum, pancre-
ísque infarctus & obstructiones reserat. Dosis
crup. sem. ad integrum & ultrà, pro ratione æta-
& virium. Datur in cochleari sirupi cinamomi
utioris, vel juris pulli, aut cerevisiæ coctæ cum
ne.

Pulvis *laxativ. completus* D. V. S. apud *Fr. Hof-
nn.* (o) hujus descriptionis:

Pulv. laxativ. complet. D. V. S.

℞. crem. tartar. drachm. X.

pulv.

(l) vid. fascic. alter. D. Mart. Bernh. à Bernitz medica-
nt singular. Dec. I. eph. nostr. ann. VII. annex. tit. II.
. 16. (m) in rhabarbarolog. curios. P. III. c. 1. p. 203.
diss. chym. I. de tartaro c. 14. (o) in thes. pharma-
t. l. c.

pulv. *rad. jalap.* unc. ſem.
reſin. ſcammon.
fecul. aaron. an. drachm. un. cum dimid.
ſpirit. vitriol, coagulat. drachm. ſem.
ol. citr. gutt. XXI. M. Doſ. ſcrup. I. ad
drachm. ſem. & ſcrup. II.

D. Victorini. Pulvis *laxativus antiſcorbuticus* D. *Victorini*, Phyſici Brunſvicenſis, apud *Grülingium* ita deſcribitur: (p)

℞. pulv. *gialap.* drachm. V.
rhabarb. dr. II.
crem. tartar. dr. VI.
fol. ſen. elect. unc. un. cum dimid.
cinamom. acerr. drachm. III.
ſem. fœnic.
aniſ.
naſturt. an. drachm. ſem.
diagrid. præparat.
caryoph. an. drach. I.
Zingib.
galang. an. drach. ſem.
M. F. P. Doſ. à drachm ſem. ad integram.

Phil. Grülingii. Laudati *Philippi Grülingii*, Medici Stollbergenſis, pulvis *uſualis purgans* erat hic:

℞. cryſtall. tartar.
pulv. jalap.
diagrid. ſulfurat. an. unc. I.
ſpec. arom. roſ. Gabr.
diarrh. Abb. an. drachm. ſem. M. (q)

Thoneri. *Auguſtini Thoneri*, Colleg. Med. in Imperiali Ulma Direct. ac Senior., tales: (r)

℞. Rhabarb. elect. à drachm. ſem. ad ſcrup. II.
R. ja-

(p) In florileg. chym. P. V. c. 8. (q) C. I. obſ. med. p. 105. (r) append. ad obſ. med. p. m. 364.

R. jalap. à ſcrup. I. ad drachm. ſem. vel ſcrup. II.
crem. tartar. ſcrup. ſem. F. P.

quem plebejis dabat in juſculo piſor., ſeu vino, hydromel. Pro nauſeabundis dedit:

℞. *R. jalap.* ſcrup. II.
crem. tartar. ſcrup. ſem. D. cum hydromel.

Gerardus Blaſius (s) dabit hunc: *Blaſii.*

℞. *Rad. jalap.* ſcrup. ſem.
crem. tartari ſcrup. duos c. dimid.
diagrid. gr. VI.
macis g. IV.
(aut loco hujus ol. aniſ. gutt. II.) M. F. P. pro una doſi.

: ℞. Spec. diacarth. drachm. ſem.
pulv. rad jalap. gr. XXV.
ol. aniſ. (aut ſimilis) gutt. II. M. F. P. (t)

: ℞. Rhabarb. elect.
jalap. an. gr. XV.
diagrid. gr. V.
ol. aniſ. gutt. II. M. F. P. (u)

Edtmülleri hi ſunt: (vv) *Edtmüller.*

℞. *Rad. jalap.* gr. XV.
nitri puriſſ. gr. VIII. (vel ſcrup. ſem.)
ſcammon. præp. gr. II.
ol. deſtill. aniſ. gutt. I. M.

Leniter, & ſubinde ſatis copioſè laxat. Vel:

℞. Cremor. Tartar.
Rad. Jalap. an. gr. XV.
olei macis gutt. I. M.

Capiatur in juſculo carnis fervido. Purgat copiùs priori, ſed ſuaviter. Infanti ſexenni den-

Tar-

(s) ad c. 7. L. I. S. 3. Petr. Morell. meth. præſcrib. form. p. 106. (t) Id. l. c. p. 418 (u) Idem l. a. p. 423. (vv) in coll. therapevt.

Pro infante. Tartari & *rad. jalap.* an. gr. VI. ſeu VIII. Si ſufficienter purgabitur.

Bolmanni. *Georg. Bolmann.*, Medicus Hamelenſis, (x) talem dat:

℞. acidi Tartari
gialap. an. ſcrup. I.
ſcammon. ſulfurat. gr. V.
ol. citr. opt. gutt. I. M. F. P.

Joann. Georg. Schmidius, Med. Lic., Phys. Regiomont. in Franconia, plerunque tingebat pulveres ſuos *Jalapinos*, modo tamen vulgari, ſed quorſum iſte fucus?

§. 2. Si permiſeris, Amice Lector, ut anſer parumper ſtrepat olores inter, & noſtros cenſuræ tuæ modeſtè ſubjiciemus. Snmper mihi fecêre ſatis in *adultis* & *robuſtioribus* ſequentes, nec unquam (quod bonâ fide dico) ὑπερκάθαρσιν notavi.

Pulver. Autor. pro adultis.

℞. Pulv. *rad. Jalap.* ſcrupul. I.
crem. tartari ſcrup. II.
ſcammon. ſulfurat.
reſin. Jalap. an. gr. III.
ol. aniſ. gutt. II. M. F. P.

℞. Pulv. *rad. jalap.* reſinoſ. ſcrup. I.
reſin. ſcammon. gr. IV.
antimon. diaphoret. gr. III.
ol. ſuccin. gutt. I. M. F. P.

℞. Tart. vitriolat. ſcrup. unum.
ſpec. diaturbit c. rhab. gr. XV.
Rad. jalap. gr. V.
ſpirit. ſalis gutt. III. M. F. P.

℞. *Rad. Jalap.* gr. XXIV.
diagrid. corr. gr. VIII.
ol. aniſ. gutt. I. M. F. P.

℞. *Rad.*

(x) in fin. tract. de acidul. Pyrmontan.

℞. *Rad. jalap.* ſcrup. I. (gr. XXIV.)
cryſt. tartar. gr. VI. (VII. VIII.)
tart. vitriolat. gr. III. (IV.)
troch. alhandal. gr. I. (II. ſeu III.)
magiſt. jalap. gr. I. (II. vel III.)
ol. ſtill. cinamom. (menth. fœnic. carv.) gutt. I. vel II. M. F. P.

℞. *Rad. jalap.* ſcrup. I.
rhabarb. elect. gr. XVI.
magiſt. jalap. gr. III.
eſſent. ſcammon. gr. II.
ol. ſtill. menth. gutt. I. M. F. P.

℞. *Rad. jalap.* ſcrup. I.
Gumm. gutt. corr. gr. VII.
ſal. armoniac. ſublim. gr. IV.
ol. diſtill. junip. gutt. I. M. F. P.

℞. *Rad. jalap.* drachm. ſemis
Tartar. vitriolat. ſcrup. ſemis
reſin. ſcammon. gr. III.
ol. cinamom. gutt. II. M. F. P.

℞. *Rad. Jalap.* ſcrup. I.
cryſtall. tartar.
tartar. vitriolat. an. gr. IV.
magiſt. Jalap. gr. II. M. F. P.

℞. *Rad. jalap.* ſcrup. I.
cremor. tartar. gr. XXIV.
magiſt. Jalap. gr. IV.
diagrid. corr. gr. II. M. F. P.

℞. *Rad. Jalap.* ſcrup. I.
cryſt. tartar.
magiſt. Jalap. an. gr. IV. (ſeu III.)
troch. alhãndal. gr. I. (vel II.)
ol. aniſ. gutt. I. M. F. P.

℞. *rad. jalap.* ſcrup. I.

cryſt. tartar. gr. VII.
tart. vitriolat.
magiſt. jalap. an. gr. III.
ol. cinam. gutt. I. M. F. P.
℞. *Rad. Jalap.* pulv.
magiſt. Jalap. an. ſcrup. ſem.
diagrid. corr. gr. II. M. F. P.
℞. *Rad. jalap.* ſcrup. I.
cryſt. tart. gr. V.
magiſt. jalap. gr. IV.
diagrid. corr. gr. I. M. F. P.

Pro mediocri ætate. *Mediocri ætati*, adoleſcentibus putâ, juvenibus & viribus viro maturis, ſequentes dedi feliciter.

℞. *Pulv. rad. jalap.* ſcrup. I.
cryſtall. tart.
mag. Jalap. an. gr. III. (IV.)
trach. alhand. gr. I. M. F. P.
℞. *Rad. jalap.* ſcrup. I.
tart. vitriolat.
cryſt. tart. an gr. II.
mag. Jalap. gr. un. cum dimid. M. F. P.
℞. *Rad. jalap.* ſcrup. I.
crem. tartar. ſcrup. I.
diagrid. corr.
mag. jalap. an. gr. II. M. F. P.
℞. *Rad. Jalap.* ſcrup. I.
cryſt. tartar. gr. V.
magiſt. jalap. gr. III. (IV.)
ol. fœnic. gr. I. M. F. P.

Pro pueris. Pueris decennibus dedi:

℞. *Rad. jalap.* reſinos. gr. X. (XII.)
cremor. tartar. gr. XV. (XVI.)
Magiſt. Jalap. gr. II. M. F. P.

Octen-

Octennibus:

℞. *R. Jalap* gr. VIII. (IX. vel X.)
cremor. tartar. gr. XII.
magist. jalap. gr. II. M. F. P.

Septennibus:

℞. *R. jalap.* gr. VII. (VIII.)
crem. tartari gr. VII.
magist. jalap. gr. II. M. F. P.

Rectè monet *Jüngkenius* (y) tot grana pulv. *lap.* cum tot corn. cerv. sine igne præp. gran. anda, quot nimirum annos infans habet. Quæ arad igmata, fretus candore & modestiâ æqui lectoris, adjungere volui. *Proprium viri boni & rtute præditi est*, censore C. *Plinio*, (z) *nihil ad* stentationem, *omnia ad* conscientiam *referre*, *re-éque facti non ex* populi sermone *mercedem*, *sed* facto ipso *petere.*

CAPUT X.

DE FECULIS ET TROCHISCIS JALAPINIS.

§. 1.

Fecula Brasiliensium. QUoniam Brasilienses ex radice *Jeticucu* parant sibi feculam, *Tapiora* dictam, qua de re, vacat & lubet, evolvas *Georg. Margraf.* (a) cus dosis drachmæ duæ, in pueris una, putabat *chmidius* Regiomontanus, simili modo ex *Jala-* confici posse *feculas.* At cui usui? habemus feulam *bryoniæ* apud *Ang. Salam*, (plures hîc non emorabo,) quæ vice *jalapinâ* commodè fungi osset. (b) Verùm semper mihi placuit candidissima

(y) in fundam. Medicin. elect. p. 538. (z) L. I. epist. 22. (a) L. I. hist. rer. nat. Brasil. c. 20. p. 41. (b) Sect. II. Ess. nat. vegetabil. c. 17. p. m. 15.

ſima animadverſio *Zvvelferi* (c) dicentis: quid enim iſtæ *fecula*, niſi pulveres ſubtiles farinacei, ſucco ſuo nativo orbati, conſequenter etiam omnis virtutis & efficaciæ expertes, quibus ego proinde radicum ipſarum ſiccatarum, ceu ſucco ſuo nativo (inſpiſſato quidem vel concreto) adhuc gaudentium, pulverem longè præferendum eſſe autumo. Idem cenſet Exc. *Mœbius*, Profeſſor olim Jenenſis. (d)

Trochiſci. §. 2. Poſſet etiam quis *trochiſcos* formare *jalapinos*, ad imitationem *Plateri* apud *C. Hofmannum*, (e) qui bryoniam correctam (f) in pulverem redigebat, & vino malvatico, in quo Zingiber maduerat, irroratam cogebat in paſtillos tenuiſſimos, quos ſiccatos pulveriſabat, utebaturque in infuſionibus. Purgabant enim inſtar agarici trochiſcati.

Impoſtura agyrtæ. §. 3. Reperi olim in officina quadam ad Viſurgim impudentiſſimi circumforanei ſchedulam, à Pharmacopœo Magiſtratui miſſam, in qua nebulo iſte *aſthmaticæ* mulieri ſequens præſcripſerat:

Rec. dioghis alle hanſel
& *de Megha kan* ann. ſcrob. I.
ſkam. halb ſo vehl/
Zaccharis en god Dehl/
Da com goſkolo. Probad es. id eſt:
℞. Troch. alhandal.
de mechoacann. an. ſcrup. I.
ſcammon. ſcrup. ſem.
ſacchar. bon. part.
Da cum juſculo. Probatum eſt.

CAPUT

(c) in mantiſſa hermet. p. m. 778. (d) Inſt. Med. L. V. P. III. S. 2. c. 24. p. 712. (e) L. l. de M. O. c. 5. p. 15. (f) vid. c. 2. §. 4.

CAPUT XI.

DE MAGISTERIO JALAPÆ.

§. 1.

Magisteria sulfurea resinosa, infit D. D. *Wedel*, Fautor noster singularis, (g) solvendo ...m spiritu vini & præcipitando, evaporatione ...ægressâ, cum aqua fiunt. Ambigunt hæc *magi-...ria* v. g. scammonii, *gialapæ*, inter *extracta* & *ma-...steria*, unde *resina, extracti, magisterii* nomine ve-...unt, &, quæ spissiora sunt, ferè citra præcipitatio-...m solâ evaporatione confiunt, exemplo extracti ...u *resinæ ladani*, *ligni aloës*, *sancti*, &c. Parantur ...im ex essentiis, si evaporando redigantur in coa-...lum. In singulis eligendus est *spiritus vini recti-...atus solùm*, quòd phlegmatico pars *resinosa* non ...scultet, & quidem proportione definitâ, *sextuplâ*, ...l *octuplâ*, indefinitâ ad aliquot digitorum emi-...ntiam. Hinc extractione per aliquot dies factâ, ... dimidium & ultrà spiritûs vini sit abstractio, & ...fusâ aquâ præcipitatio resinæ elegantis, idque in ...piâ, in *gialapa* ex libra una *quarta circiter* pars, ... scammonio plus. Dantur vel per se, intentione ...imariâ, *resinæ Jalapæ* & scammonii à scrup. se-...is ad gran. XII. vel cum aliis loco stimuli, in *bo-...pilulis, emulsionibus, essentia* & *pulvere* ipso, mo-... cum aliis dicatur, exemplo *Cerberi tricipitis*, ex ...emore tartari, antimonio & resina scammonii, ...anc pro basi recipiendo dosi desideratâ, reliqua ...o juvantibus. Et sanè cùm vis purgandi scam-...onii resideat in partibus resinosis, tormina verò ...eat potissimùm ob partes terreas impuras, quæ à

Magisteria.

 gas

(g) Pharmac. acroamat. L. II. S. IV. c. 2. §. 9. p. 388. ...q.

gas acido sulfuris non attinguntur, facilè patet, quid de *scammonio sulfurato* sit sentiendum, i.e. fumigatione cum sulfure in charta emporetica acubus pertusa impraegnato. Sordes scilicet retinentur, quae ad oculum patent in capite mortuo resinae, terreae, arenosae, lapidosae, & virtus castratur. Hinc *cerberus* cum resina scammonii paratus est medicamentum mite, benignum & summè polychrestum, cum scammonio verò sulfurato tormina & anxietates parit, quod quivis damno suo experiri potest. Neque hoc modo opus est, ut damnetur hic pulvis, quod Romae aliquando factum refert *Zacchias*, (h) quin omnium nobilissimus & praecipuè est commendandus. Inventor ejus Illustrissimus Comes *Dudleus à Warwich.* (i)

Cerberus triceps.

§. 2. *Joannes Zwelferus* (k) praeparationem Magist. seu resin. *gialapae* ita tradit:

Praeparatio Zwelferiana.

Recipe *gialapae* (in qua nigrae resinosae orbiculatae striae) crassiusculè contusae libram unam, cui affundantur spiritûs vini rectificati librae tres. Stent in digestione calore leni uno alterove die, spiritus vini tinctus per filtrum separetur, aliusque reaffundatur, qui labor tamdiu continuetur, quoad spiritus vini non amplius coloretur. Tinctos spiritus omnes conjunctos & filtratos in cucurbita vitrea ad remanentiam pauci liquoris (librae unius circiter) abstrahe, & affuso aquae frigidae tantillo residuo liquori (nisi jam tum resina fundum cucurbitae petierit aut residuo liquori innatet,) praecipitatam resinosam substantiam ab aquositate separa, ablue

(h) L. I. c. 30. de malo hypochondriaco, (i) Vid. Spigel. lib. de semitert. c. 8. & *Marci* Cornachini, Med. Pract. in Gymnas. Pisano PP., method. in pulv. J. Hartmann. prax. chymiatr. annex. edit. Genev. 1659. Pharm. August. Class. IX. p. m. 274. (k) Mantiss. hermet, p. m. 783.

bue & exsicca, exsiccatam denique in pulverem
edige. Tali modo parata *resina* splendidior eva-
it & purior, nec tam graveolens, uti alioquin esse
olet, quando spiritus vini non fuit abstractus, quæ
raveolentia etiam nullo modo per ablutiones,
uàm sæpissimè quoque fiant, tolli potest. Vide
s etiam *Rolfincium,* (l) *Jungkenium,* (m) & alios,
uos jam non vacat excutere. Dosis hujus resinæ
scrup. sem. ad gr. XV. XVII. In vehiculis calidis,
u jusculis, dissolvitur, & adhærescit partim co-
leari, partim faucibus ipsis. In vehiculis autem
igidis, ùt aqua, seu sirupo cinamomi non concre-
cit. Cum aliis pulveribus ùt *jalapa* ipsa, crystallis
rtari, &c. mixta commodiùs deglutitur; exhibe-
ur etiam in conservis. Si quis verò in mixturis
urgantibus liquidis præscripturus est, (quod se-
nel pro semper notes velim,) eam prius amygdalis
onnihil subigat, secus enim vel parùm operabitur,
 ventriculo potius ac intestinis tenacitate suâ re-
nosâ adhærebit, tormina & passiones colicas con-
tatura, quas in *Francisco Renesse*, Monacho Cor-
eienſi, notavimus. (n)

§. 3. Memorabilis hypercatharsis à *resinæ jala-* *Hypercatharsis.*
inæ granis XV., quam debemus Fautori & Colle-
æ nostro honorando, D. D. *de Muralto*, Physico
igurino. (o) Scilicet *Franciscus Pilot* profugus
e quadam inflatione circa præcordia, humorum-
ue pleonexia, apud quendam Chirurgum con-
uestus, bolum obtinet ex XV. granis *resinæ jalapi-*
 næ

(l) Chym. L. V. S. 2. c. 12. p. 328. & tr. de purgant. vege-
abil. S. II. a. 3. c. 9. (m) lex. pharmacevt. p. 128. (n) Add.
nimadvers. Zwelfer. ad Cl. VII. Pharm. August. p. m.
38. Fr. Hofman. L. I. M. M. c. 8. p. 93. D. Wedel. Pharm.
croamat. L. II. S. 2. c. 8 p. 312. (o) Dec. II Eph. cur. ann.
VII. obs. 112.

næ cum conserva *cynorrhod.*, quò superpurgatus defectiones animi patiebàtur, jactationes cum maxima inquietudine, doloresque atroces & fixos in imo ventre, cum multis aliis molestiis. Alia XXV. annorum, ingesto bolo ex *resinæ jalap.* gran. XIV. crem. tart. drachm. sem. cum s. q. conserv. *cynorrhod.* plus quàm viginti quinque vicibus dejecit, cum animi deliquio & exquisitissimis cruciatibus, quasi palus ventri infixus esset. In præparatione *resinæ jalapæ* (differit scholium, (p)) partes sulfureæ in mixto prius separatæ simul colliguntur, unde in intestinis cum nullius corporis intermedii interventu disgregentur, facilè aduniuntur & coalescunt, & pro sua viscositate fibris intestinorum tenaciùs adhærentes, vasorum ora tùm continenter adeò proritant, ut cum dolore atroci nec facilè dissipabili humores quandoque immaniùs profundantur. Itaque hujus *resinæ* viscositas dolores causatur, uti & ipsius sulfur inflammabilitatem in humoribus inducit, quâ in liquamina facessunt, febricula accenditur, hypercatharsis subsequitur & dolor capitis; cardialgia ex morsu medicaminis, orificium ventriculi vellicantis, progignitur: quæ quidem symptomata tamen illis, qui fibras intestinorum teneras, sensûque magis exquisito præditas obtinent, contingunt, aut forsan quibus non cum satis debita cautela oggeritur. Enimverò non solùm cum aliis pulveribus, qui intermedii vicem suppleant, immisceri debet, ne coalescat interius, verùm etiam cum amygdalis excorticatis prius in mortario contundi debet; amygdalæ siquidem mulcimine & oblinitione, quâ valent, tormina alioquin quandoque excitari solita præcavent, quod indi-

(p) p. 186.

dicio eſt, oleum amygdalarum dulcium tormini- is jam factis demulcendis opportunum præſidi- m fore, ſi tempeſtivè oggeratur, quam vim prodit epotis deleteriis medicaminibus.

§. 4. Et D. *Gabriel Clauder*, Med. Elect. & Du- l. Saxon., (q) ita: Inter varia grariora (ait) & tis tuta millenis feliciſſimè dedi pulv. è rad. *jala-* ʒ, vel cryſt. tartar. drachm. ſem. *reſin jalap.* gr. III. nitri reſinati gr. II. M. pro doſi. Item ap- imè mihi ſatisfecit pulvis è *reſina gialap.*, vel ammon., ſemini melonum optimè mixtus, dum ilicet reſinoſitas purgantis per ſeminis mucila- inem cicuratur & diſtribuitur: ſiquidem in hac cautiſſimè eſt procedendum, ac reſinæ aliis pul- eribus accuratè miſcendæ, aliàs enim pars reſino- priorem ſuam naturam recuperat, ac denuò reſi- eſcit. In incautorum gratiam lubet unum alte- umvè triſte producere exemplum. Delicatum anè pro delicatulis purgans, dum *reſin. gialap* gr. X. vel XII. diſſolvuntur in quint. eſſent. Matthiol., el elix. citr. drachm. duabus, addito, ſi lubet, modi- o rotular. man. Chriſti, vel ſirupi roſar. Gratiſſi- na potiuncula non ingratiorem apud multos præ- itit operationem. E contra tamen nemini facilè ſum hujus ſuadeo, cùm mihi innotuerint plurima xempla, infelicis eventûs, dum ille hauſtulus, fau- es ſapore ſuavi decipiens, excitavit aut vomitus argos, aut tormina ſummè lancinantia, aut planè ypercatharſin, poſt cruditates intempeſtivè pro- uſas, lympham quoque utilem, & poſt hanc i- ſum animæ domicilium, (ſanguinē innuo) extur- ans, quibus non potuit ſuccedere periculoſa œco- omiæ microcoſmicæ turbatio ac ſubverſio. Imò

 vidi

(q) Dec. & anno cit. obſ. 162.

vidi generosam feminam, quæ biduo post idem assumtum, ac toleratos dolores ferè intolerabiles abdominis, & copiosissimas excretiones alvi, itidem pati cogebatur convulsiones epilepticas, aliquot septimanis durantes, & quidem adeò, ut jamjam expectans Charon vix potuerit cogi, ut cymbam suam vacuam reduceret. Accidunt autem talia, (pergit Vir laudatissimus,) dum *resina* rursus resinescens aut præcipitata (quod vocant Chymici) potest attingere aliquam primarum viarum tunicam, muco naturali non satis obductam, hæc, ob substantiam tendinosam, indebitè stimulata, cerebrum, & quæ ejus succedanea nervosa, in consensum trahit. Idem gratissimum purgans observavi alteri cuidam tormina creare miseranda, & quidem sine ulla excretione fecum purgatoria: tertio tandem die sola per alvum excreta resina in globulum compacta & incrassata. Quod aliquando etiam contingere videmus, si purganti pulveri resinoso parcior quantitas aliorum pulverum fuerit addita, & liquor affusus, vel vehiculum nimis fervidum, tunc sæpe resina in cochleari adhuc existens ab aliis separatur & coagulatur. Contra similes infaustos casus à nimiùm securis excitatos feliciter exhibui mucilaginosa è semine althææ & cydoniorum, è radice althææ & symphyti, non omissis confortantibus, lenientibus, anodynis, alibi jam commendatis.

☉ Fulminans commodè additur,

§. 5. Si *resinæ jalapinæ* præcipitantia & resolventia addas, jucundiùs tutiùsque evacuatio succedit, inprimis ubi fluida acriora movenda sunt. Omnibus autem aliis præcipitantibus, huic fini destinatis, palmam præripit *aurum fulminans*, quod resinosas *Jalapæ* partes corrigit, vim earum auget,

inci-

cidit, attenuat, &, ut in minima doſi purget, optiè facit. Hinc mediante *reſin. jalap.* gran. V. & ari fulminantis gr. I. difficilimos, ſine omni tor-rine, crebriùs purgavit Amicus noſter venerandus). *Stegmann*, qui aliàs à ſcrupulo moveri non po-erant.

§. 6. Notanda porrò monita *Wedeliana*: (r) **Monita Wedeliana.**

(I.) Quòd nec acida, nec alcalia extractionem ɔtè facilitent, ſeu, quod neque ſpiritus vitrioli, ec ſalis tartari deliquati additio pro magiſterio arando ſit conveniens. Neque enim à priori, ùm acidum obtundat ſulfur, expectari poteſt pro-eſſus compendium, nec, ſi cum altero fiat extra-tio, præcipitatio hinc feliciter peragitur.

(II.) Neque præcipitatio inſtituatur ante ſuffi-ientem evaporationem, neque enim perfectè con-ngit, ſed emulſionis inſtar lacteſcit mixtura, at ıb tegmine ſpiritûs vini detinetur, & remanet reſi-oſitas.

(III.) Curioſum eſt, decantatam illam aquam, à acta jam præcipitatione, ſi evaporetur, exhibere dhuc reſinam impuriorem, ſeu magma reſinoſo-erreum, dubio procul ob conſociatas aliquas reſi-uas particulas, ſeu ſpiritûs vini rectificati, ſeu par-ium alcalinarum, quod tamen minùs reſpectivè urgans eſt. Qui reſinam hanc cum *Borello* (s) *ummi* vocaverit, minùs propriè & laxiùs fatur.)mnis itaque vis purgatrix *jalapæ* potiſſimùm in *eſina* conſiſtit, quæ pulveriſata albeſcens datur ad tan. XVI. in ſirupo cinamomi, cum duabus gut-is tincturæ tartari bene permiſta. (t) Si ergò uti olueris, da vel in *ſubſtantia*, ſeu extracto, aut *ma-iſterio.*

§. 7. Va-

(r) diſp. cit. c. 7. p. 37. (s) C. II. obſ. 23. (t) Rolfinc. Med. ſpecial. L. V. Sect. 4. c. 7. p. 506.

§. 7. Varia medicamenta *magisterio*, seu *resinâ* nobilitata, pro adultis & juvenculis in diversa forma propinabit *August. Thonerus*, veteranus Artis nostræ Doctor, (u) quem tutò sequi potes. Adultis dedit:

Formula.

℞. *Magist. jalap.* gr. XV.
ess. scammon. gr. IV.
sir. acetos. citr. drachm. VI. M.

Quod laudibus ad astra extulit Mercator iste, ob suavitatem largamque operationem.

℞. *Mag. Jalap.* gr. XII.
essent. scammon. gr. VI.
sir. acetos. citr. drachm. VI. (vel sir. viol. laxat.)

Alia aversans Generosus Baro hoc libens accepit, sat copiosè evacuatus.

Boli.

Si mavelis *bolos*, eosdem dabit:

℞. Elect. de tamarind. cum fol. sen. Horst. unc. sem.
Magist. jalap. gr. XII.
ess. scammon. g. VII. M. F. B.

Laudavit Baro ob lenem & sufficientem operationem.

Elect.

℞. Elect. de tamarind. cum fol. sen. drachm. V. (VI.)
Magist. jalap. gr. VII. (XII.) M.

Puero octenni dedit:

℞. *Magist. jalap.* scrup. sem.
ess. scammon. gr. VI.
sirup. acetosit. citr. dr. V. M.

qui alia respuens totus antè tumidus ab illo restitutus est.

Sexen-

(u) in append. ad observ. med. p. 362. seq.

Sexenni:

℞. El. de tamarind. cum fol. ſen. dr. III.
Mag. Jalap. gr. VI.
eſſ. ſcammon. gr. III. M.

Quadrienni: ℞. El. de tamar. c. f. ſen. drachm. duas cum dimid.
Magiſt. jalap. gr. XII. M.

libenti animo accepit, & operationem bene tulit.

Trienni ægrè ſolubili:

℞. *Mag. Jalap.* gr. VII. *Pulv.*
eſſ. ſcamm. gr. VI.
D. cum vitello ovi cocti.

Infanti dedit

℞. *Mag. Jalap.* ſcrup. ſem.
eſſ. ſcammon. gr. III.
D. cum pomo aſſato.

Sat copioſa inde evacuatio. Aliis, verùm adultis, dedi

℞. *reſin. jalap.* gr. XVI.
cryſt. tartari. ſcrup. ſem.
ol. cinam. gutt. II. M. F. P. (w)

Virgini XXVIII. annorum à febri malignisſima nuper, Dei gratia, feliciter redemta, miſi *Obſerv.*

Magiſt. jalap. gr. XIII.
diagrid. bene correct. gr. III. M.

Sumſit cum pomo aſſato, & excrevit decies cum levamine. Dedi eundem pulverem, cum augmento granorum duorum diagrid., adoleſcenti XXII. annorum. At nulla indè purgatio, nulla etiam tormina, & moleſtia planè nulla. *Timæus* (x) hunc habet:

℞. Crem. tartar. drachm. ſem. *Pulv.*
reſin. jalap. gr. VII. M.

Vel:

(w) Conf. Rolfinc. de purgantib. S. II, art. 5, c. 9. (x) L. V, epiſt. med. 9. p. 365.

Vel : ℞. Crem. tartar. drachm. sem.
resin. jalap. gr. IV.
diagrid. gr. I. M. pro una dosi. (y)

Aut da gr. VI. VIII. X. *resinæ* hujus in drachma una spiritûs vini soluta, vel per se, vel cùm saccharo, sirupo cinamomi limpidiori, rosar. &c. edulcata.

CAPUT XII.
DE MORSULIS JALAPINIS.

§. 1.

Morsuli. MOrsuli, seu *morselli*, ex omnibus medicamentorum generibus fiunt, modò cum saccharo soluto misceri non renuant, inque placentas formari. *Birlingius* (z) tales dabit :

℞. *Mechoacann. nigr.* scrup. duos
resin. jalap.
scammon. an. scrup. sem.
cremor. tartari scrup. unum
sacch. in aqua rosar. dissol. unc. tres,
M. F. conf. in morsul. num. X.

℞. Pulv. *rad. jalap.* drachm. tres,
crem. tartari scrup. duos,
diagrid.
gumm. gott. præp. an. drachm. sem.
spec. arom. ros.
diarrh. Abbat. an. scrup. duos.
pulv. croc. gr. VI.
Sacch. albiss. in aqu. cich. & cinam. parum dissol. unc. IV.
F. s. a. morsul.

℞. *Ja-*

(y) Mollenbroc. de arthrit. vaga scorb. c. 8. p. 105. (z) in append. varior. medicament. c. XVII. p. 85. seq.

℞. *Jalap.* recent. pulverif. unc. ſem.
ſp. diacartham. drachm. duas,
reſin. ſcammon. ſcrup. un.
ſp. roſ. novell. drachm. un.
conſerv. roſ. alb. unc. I.
ſacch. in aq. cichor. ſol. unc. VI.
add. ol. aniſ. & fœnic. an. gutt. VII.
M. f. morſul. pond. unc. ſem., unus in validio-
, dimidius in lenioris naturæ hominibus, cùm
ɔuntur acidulæ, ſufficit. (a)

§. 2. *Blaſius* (b) offert hoſce:

℞. *reſin.* ſcammon. gr. XII.
jalap. gr. VI.
ol. aniſ. gutt. II.
ſacch. q. s. f tabellæ duæ purgantes.

el: ℞. ſacch. alb. libr. I.
coq. cum aniſ. ad. conſiſt. tabulat., cui, ubi parumper refrixerit, adde
Pulv. ſem. aniſ. unc. I.
nuc. moſch. drachm. II.
ſcammon. ſulfurat. unc. I.
jalap. drachm. VI.
M. f. conf. in Morſell. vel tabulis.

Eſt aniſum ſolutivum ſolidum *Zvvelferi.* (c)
Alii bilem flavam & pituitam, ſicque vermes
ecantes & exturbantes, hi ſunt:

℞. ſacch. canar. alb. in aq. cinamom. particul. ſolut., ac denuò ad conſiſt. tabulat. coct. Unc. VI. cui ab igne remoto adde pulv. ſeqq.
Rhabarb. opt. dr. VI.
mechoacann. alb.

jalap.

(a) Rolfinc. de purgantib. S. II. a. 3. c. 8. p. 101. (b) in
ot. ad. Morell. de formul. L. I. S. 3. c. 4. p. 186. (c) Pharm.
eg. Claſſ. V. p. m. 841.

jalap. an. dr. II.
pulv. ſyrii, ſeu reſin. aut magiſt. *jalap.*, amygd. prius probè ſubact., drachm. un. cum dimidia.
elæoſacch. cinamom.
eſſent. aurant. ſacch. edulc. an. dr. II.
crem. tart. drach. III.
croc. opt. ſcrup. un.
f. s. a. morſul. purgant. Doſ. à. drachmis duab. ad unc. ſem.

Vel: ℞. *jalap. reſinos.* drachm. I.
reſin. jalap. gr. XII.
cremor. tartar. ſcrup. un.
pulv. cort. aurant. gr. XV.
macis ſcrup. ſem.
ſacch. in aq. cinam. ſolut. unc. duas cum dimid.
f. morſul. purgant. pro duab. doſib. (d)

§. 3. *Grülingius* (e) tales præparat:
℞. *Magiſt. jalap.* gr. XIV.
gummi de Peru gr. VIII.
diagrid. ſulfurat. gr. IV.
Conſerv. citr.
borrag.
condit. cort. citr. an. ſcrup. un.
ol. cinamom. gutt. II.
ſacch. albiſſ. in aq. borrag. & cinam. diſſol. q. s. f. morſul. num. duo.

Si acidulæ neque per ſeceſſum, aut ſudorem, urinamvè operantur, ad exantlandam aquam D. D. *Gockel* (f) ſequentes morſulos commendat:
℞. Pulv. *rad. Jalap.* drachm. II.

ſpec.

(d) Jüngken. in fund. Med. eclect. p. 823. (e) C. III. obſ. 53. (f) conſil. med. VII. & XXX.

spec. pro morsul. Imp. comp. drachm. VI.
sacch. albiss. in aq. ros. & cinamom. dissol.
unc. III.
M. f. l. a. morsul. de quibus dimidius, vel integer, comedatur.

el: ℞. Pulv. *rad. gialap.* drachm. II.
spec. pro morsul. Imperat. crassiusculè incis.
flaved. cort. citr. recent. minutiss. incis. an. drachm. I.
sacch. albiss. cum aq. rosar. sol. unc. II.
M. F. morsul. num. VIII. æqualis magnitudinis.
Sumatur unus pro dosi.

Prostant apud diligentissimum *Jüngkenium* plu- morsellorum formulæ, (g) queîs tutò uti pote- Vel, ad exemplum *Knoblochianum*, reforma rsulos purgantes de Mechoaca, ut fiant ex iis rsuli *Jalapini.* (h)

CAPUT XIII.
DE ROTULIS JALAPINIS.

§. 1.

Otulæ eôdem modo fiunt, quô *morsuli*, nisi quòd illæ pulveres subtiliores, inque minori i, quæ formationem earum haud impediant, ex- ant. *Rotulæ* manus Christi *Timaanæ* hæ sunt: (i) **Rotulæ.**

℞. *resin. gialap.* s. a. solut. scrup. IV. & gran. XII.
magist. perlar. drachm. I.
sacch. albiss. in aq. ros. solut. unc. III.

E M. ex-

g) in Medico præsenti seculo accomm. P. II. S. I. c. 2. ro. (h) vid. Greg. Horst. append. ad L. IV. obs. p. m. . (i) in medicam. descript. p. m. 427.

M. exactiss. f. rotul.

Aliæ laxativæ apud *Tilingium* (k) hæ:

℞. flor. antimon. corr. gr. IV.
extr. rhabarb.
resin. scammon. an. scrup. sem.
mag. rad. jalap. gr. IV.
fecul. pœon. gr. III.
magist. perlar.
corall. an. gr. II.
ol. still. citr.
cinamom. an. gutt. I.
sacch. alb. penid. an. dr. I.
f. l. a. rotul. stellatæ. Dos. scrup. II. vel drachma I.

§. 2. Pueris verminantibus dedi:

℞. spec. diaturbit cum rhab. drachm. I.
resin. jalap. gr. XV.
scammon. scrup. sem.
ol. still. cinam. gutt. II.
sacch. in aq. fl. persic. sol. q. s. f. rotul.

℞. Tart. Vitriolat. scrup. I.
resin. scammon. gr. XV.
mag. jalap. scrup. I.
ol. still. aurant. gutt. III.
sacch. in aq. meliss. q. s. dissol. f. rotul.
Dos. VII. aut VIII.

℞. Crem. Tartar. (cryst. tartar.) scrup. I.
mag. Jalap. gr. XV.
troch. alhand. gr. III.
ol. destill. aurant. gutt. III.
sacch. alb. in aq. cinam. sol. F. rotul.

℞ *Resin. jalap.* s. a. sol. gr. XII.
scammon. gr. VI.

troch

(k) P. III. rhabarbarol. c. X. p. 176.

troch. alhand. gr. iI.
ſacch. albiſſ. in aq. cinamom. ſol. f. rotul.

CAPUT XIV.
DE AQVA ET SPIRITU JALAPINO.

§. 1.

IN forma *liquida* examinanda erit *aqua* & *ſpiritus Jalapinus*. Cùm itaque genuinum pro reſinis ſolvendis & extrahendis menſtruum ſpiritus vini rectificatus ſit, προότροπος, præcedaneus, der Vorſprung / nec reſinæ agant niſi ſolutæ, fixiores quoque in via humida deſtillari nequeant, viſque omnis *jalapina* in acrimonia reſinoſa, i. e. ſalino-ſulfurea conſiſtat, quæ in liquorem aqueum didi poſſunt diſſociata, mediantibus vel particulis terreis, aut ſale, vel ſpiritû, facilè judicabis de medicamentis *jalapinis* in forma *liquida* paratis. Etenim nec *aquam*, aut *ſpiritum* purgantem elicies vel ex recenti, ſeu arida radice, remanentibus utrobique in fundo particulis reſinoſis, inque iis omni virtute & efficacia. Hinc experientiâ conſtat deſtillatum à dimidia libra *jalapa* Vi aſſumtum nequicquam virtutis purgantis exeruiſſe, pariter ùt de opio & hujusmodi ſimilibus in aprico eſt. Et cui uſui iſta aqua? (l) *Aqua & ſpiritus jalap.*

§. 2. *Spiritus* autem è *jalapa* per retortam ſiccâ viâ paratus *diaphoreticus* eſt, ſpiritus tartari & mannæ æmulus, à ſcrupulo uno ad unc. ſemis dandus. *Oleum* odontalgicum eſt. Si itaque humida forma è *jalapa* cupias vim purgantem, ut, præter mi- *Oleum.*

 ſturam

(l) vid. Rolfinc. L. III. Chym. S. I. a. I. c. 10.

ſturam corporalem cum decoctis, ſirupis &c. vel in *infuſo*, ſeu *decocto*, aut *eſſentia* ejus, eandem quæras, neceſſe eſt.

Purgans pro delicatulis.

§. 3. Si quis, præſervandi causâ, corpus evacuare conſtituerit, & ejus natura ab omnibus aliis medicamentis aliena, poſſet, in gratiam palati, exhiberi *magiſt. rad. jalap.* à gran. XII. ad XV. diſſol. in *ſpirit. aniſ.* drachma una, vel una cum dimidia; ad moderandum illius calorem commiſce drachmam unam *ſirupi viol.*, & habebis jucundum ac efficax corporis mundificativum. Notandum, quòd *magiſterium* illud in *ſpiritu aniſi*, vel *ceraſorum*, commodiùs liqueſcat, nec amplius coaguletur, ſed inſtar aquæ limpidæ permaneat; ſin verò cum aliis liquoribus mixtum, nî ſtatim aſſumatur, brevî poſt iterum condenſatur. Medicina haud ſpernenda, ſed requirit Medicum diſcretum, ne *quid nimis* in doſi obſervantem, & ad cujusque ægri naturam ſe accommodantem. Cùm quidam civis Ulmenſis, ſat diu valetudinarius, dirâ inprimis podagrâ diſcruciatus, *magiſt. Rad. jalap.* gran. XX. in ſpirit. aniſ. diſſolut. ſumſiſſet, nec optata operatio ſucceſſiſſet, alterâ vice grana XXX. ſunt oblata; exin tàm enormis ὑπερκάθαρσις concitata, ut in cymbam Charontis præcipitatus ſit. (m) Proſtat etiam in officina noſtra aulica *ſpiritus aniſatus cum magiſterio jalapino* paratus, cujus deſcriptio hæc eſt:

Spirit. aniſ. cum magiſt. jalap.

℞. ſem. aniſ. unc. III.
ſpirit. vini menſ. II.

Stent in digeſt. per hor. XXIV. poſtea deſtillent. per alembic. Hujus ſpirit. vin. aniſat. capere poteſt *magiſt. jalap.* grana octo. Doſis drachma una

(m) Thoner. append. ad obſ. med. p. 364.

ma & ultrà. Addimus spiritum salutis *Maxvelli* apud *Jüngkenium* nostrum,(n) qui hic est: *Spirit. salut. Maxvelli.*

℞. spirit. vini potentiss. libr. unam,
fol. senn. elect. unc. II.
jalap. resin. unc. I.
helleb. nigr. præp. drachm. VI.
ol. fœnic. & anis. an. gutt. aliquot.

Folia sennæ & helleborus contundantur, *jalapa* verò minutim incidatur, & macerentur omnia per XIV. dies, tunc exprime & adde iterum tantum novarum specierum, quantum prius addidisti, & ùt prius procede: digestione repetitâ & colat. facta, si placeat, adhuc semel adde novas species, & procede ùt antea; tunc spiritum expressum colatum pro usu asserva. Dosis ab unc. sem. ad integram.

CAPUT XV.

DE INFUSO JALAPINO.

§. 1.

INfusa sunt, quando medicamenta aliquandiu in conveniente liquore macerantur, ut vires suas in eo deponant. Utrum *jalapa* cum infuso solitario vires suas communicet, à multis dubitatur. Ideo *Schonborn* (o) & *Blasius* (p) rectè ajunt: in infusione cùm præscribitur, liquor non solus exhibendus, sed pulvis infusus. *Scherbius* tamen & *Mynsichtus* (q) sæpius utebantur mechoacanna in *infuso*. De ceteris, qui nihil in *infuso* agere dicunt, *Infusum.*

 quærit

(n) Med. præs. secul. accomod. P. II. S. I. c. 2. p. 468. (o) de purgant. simpl. p. 305. (p) in system. mat. medic. cit. p. 405. (q) Armam. Med. chym. S. 22.

quærit *Hofmannus*: (r) an *desit ei justa* dosis? Sed extrahant isti liquores aliquid, cunprimis accedente digestione, exiguum tamen id erit, & languidum, nunquàm sufficiens, & ex usu debito. Verum quippe & appropriatum menstruum *jalapæ* solus est *spiritus vini* non vinum, seu cerevisia. Illud tamen liquores inter aquosos & spirituosos medium tenet. Nuper aliquis pro seipso unciæ dimidiæ pulverisatæ *jalapæ* vinum affudit, (cùm à spiritu ejus totus abhorreat,) stetitque in cineribus calidis per noctem, expressum hausit, at nihil omninò inde percepit, nisi ructus & murmura ventris. Rectiùs igitur nonnulli radicem contusam prius irrorant, & macerant in spiritu vini, ut tinctura evocata misceatur liquoribus aliis.

Modus Sim. Paulli. §. 2. D. D. *Simon Paulli* (s) solebat à scrupulo semis ad integrum pulverem radicis *jalapæ* in unum itemque alterum cochlear aquæ cinamomi optimæ notæ, aut spirituosissimæ, per noctem infundere, ac reponere hoc infusum loco calido cinerum, quod citra colaturam ullam diluebat in haustulo ptisanæ sine lacte paraturæ. Qui pulveratæ *jalapæ* (non loquitur de illius resina) propinandi omnium optimus modus est. *Matrona Hafniens.* Honesta Matrona Hafniensis pro amicis infusum servabat prorsus grati saporis. Unciam unam rad. *Jalap.* in spiritûs vini quartario per tres dies cum corticibus citri infundebat, postea aliquoties per chartam emporeticam filtrabat. Ex quo vino unum cochlear exhibebat, nec ad duo adscendit, nisi in athleticis corporibus. Dici non potest, quàm palato hæc potiuncula arrideat, saporis amari expers, & feliciter alvum subducens, præter Medicorum nonnul-

lorum

(r) de M. O. L. I. c. 5. p. 17. (s) Bot. quadrip. Cl. III. p. 474.

rum opinionem, qui dubitant, an *Jalapa* vino infusa (quia vis purgatrix potissimùm in resina consistit,) vires suas pro voto communicet. Ego verò sudati infusi effectum lætum non semel vidi, ait D. *Th. Bartholinus.* (t)

§. 3. Si alia sociaveris purgantia, cephalica, ophthalmica, hepatica, splenetica &c. prout necessitas postulaverit, utique tàm in decoctis quàm infusis feliciùs commodiùsque adhibebis. *Rolfinc.* (u) hanc præscribit formulam:

℞. *Gialap.* contus. per noct. in spirit. vini macerat. unc. I. *Vin. medicat.*

agarici albi
hermodactyl. an. Unc. III.
Fol. sen. Alex. s. st. Unc. I.
fibr. elleb. alb. præp. dr. III.
fol. cochlear.
nasturt. aquat.
menth. cr. an. Man. sem.
fl. rof. rubr. & pallid. an. pugill. VI.
caryoph.
cinamom.
macis an. dr. I.

Concis. & cont. D.S. Species zum Säcklein.

Aliud laxativum, præservativum in podagra, & antepilepticum purgans habet *CL. Birling.* (w) illud hoc est:

℞. *rad.* mechoacann.
Jalap. an. Unc. sem.
flaved. cort. citr. rec. drachm. I.

Grosso modo incis. inf. in vini rhenan. Unc. VIII. add. sacch. Unc. sem, filtrent. Reliqua duo vide

(t) C. III. epist. Med. 36. p. 134. (u) Med. special. Com. L. V. S. IV. c. 7. p. 507. (w) in append. Medicam. c. 3. p. 9. seq.

vide infrà. (x) Aliud in arthritide vaga ſcorbutica dabit *Mollenbroc.*, (y) aliud *Schröderus*. (z) Pro delicatulis hoc eſt:

Pro delicatulis.

℞. vini alb. boni libr. IV.

Collocentur in olla terrea ſuprà ignem carbonum, ollâ nonnihil tectâ; quamprimùm autem incipit fervefieri, injiciantur ſequentia ſaltem inciſa, ùt

Rad. mechoacann. alb.
Jalap. an. Unc. I.
Rhabarb. opt. drachm. VI.
aſari Unc. ſem.
cinamom. acut. dr. VI.
cardamom. min. dr. I. & ſem.
caryoph. dr. ſem.
cort. aurant. & citr. an. recent. extim. dr. I. & ſem.
crem. Tartar. unc. ſem.

His omnibus vino ferventi immerſis ſtatim deſuper infund. ſacch. canar. alb. Unc. V. & album. ovor. num. II. conquaſſat. ſcopulâ deſpumatoriâ, additâ particulâ aquæ cinamomi, atque unicâ ebullitione factâ ſtatim remove ab igne, & manicæ Hippocr.; ſacculo ſcilicet in cuſpidem deſinenti, infund., & vinum hoc ſœpiùs trajic., donec clarificatum & purum defluat ad inſtar vini Hippocratici boni odoris & ſaporis. Doſis ejus eſt ab Unc. II. ad III. Aliud vid. apud *Tilingium*. (a)

§. 4. Dn. *Henricus Börſtelmann.*, Rector Scholæ Iſnacenſis optimè meritus, diu aſthmaticus, obtinuit ante ſeptennium à me vinum medicatum, quod

(x) L. II. c. 7. & P. V. c. 1. (y) de Varis c. 8. p. 108. (z) Ph. Med. Chym. L. II. c. 63. p. m. 228. (a) in Rhabarbarolog. P. II. c. 15. p. 194.

ꝑd non potuit ſatis prædicare, multoties ab ipſo
etitum.

℞. *Rad.* irid. fl.
helen.
Jalap. reſinos. an. Unc. ſem.
polyp. querc.
angelic.
helleb. nigr. ritè præp. an. dr. II.
Fol. meliſſ.
ſalv. hort.
tuſſilag.
veronic. an. Man. ſem.
Flor. centaur. min.
ſcabioſ. an. Pugill. II.
Fic. pingu. num. VI.
ſem. anis.
fœnic. an. dr. II.
cort. aurant. Unc. ſem.
Fol. ſen. alex. s. ſt. Unc. I. & ſem.
agaric. albiſſ. dr. III.
Rhabarb. el. Unc. ſem.
ſal. tartari
cinamom. opt. an. dr. I. Inciſ. & cont. D.

Dn. *Joann. Kley*, cos. Iſnacenſis, ſeptuagena-
major, ſequens familiare ſibi fecerat, & nun-
àm non optato cum ſucceſſu uſurpârat.

℞. rad. helen. Unc. ſem.
fœnic.
irid. fl. an. dr. II.
fol. card. Ben.
majoran.
tuſſilag.
ſalv. an. Pug. II.
flor. ſtæch. arab.

beronic.
chamom. Rom. an. Pug. I.
sem. anis. dr. I.
cort. aur. sel. dr. II.
fol. sen. s. st. dr. VI.
agar. troch. scrup. IV.
rhabarb. el.
R. Jalap. resin. an. dr. II. Incis. & cont. D.

Dn. W. L. ab. H. Aulæ Magister, ad eliminan-dam, quâ subinde scatebat, pituitam, hoc uteba-tur:

℞. rad. fœnic.
angelic.
jalapp. resinos. an. dr. II.
helen. Unc. sem.
fol. rorismar.
salv.
melissi.
fl. chamom. Rom. an. Pug. II.
beronic.
meliss. an. Pug. I.
sem. anis. dr. II.
cort. aurant. sel. dr. II.
fol. sen. s. st. dr. VI.
Rhab. el. dr. II.
agaric. troch. dr. III.
sal. tartar. dr. I. d. incis. & cont.

Primo die ter, altero quater, sequentibus octie imò aliquando novies purgatus citra molestian Cuncta siquidem ad votum & palatum Ejus. *G. orgius Ditmar*, senior, Mercator Rulanus, splenet co-asthmaticus, singulis annis vere & autumno s quens sibi parat, ante sexennium à me obtentum.

℞. rad. cichor.

irid. fl.
helen.
fœnic. an. dr. II.
helleb. nigr. præp. dr. II.
Jalapp. resinos. Unc. sem.
fol. agrimon.
meliss.
cochlear. an. Pug. II.
sen. alex. s. st. dr. VI.
fl. chamom. Rom.
borragin. an. Pug. II.
sem. anis.
cort. aurant. el. an. dr. II.
Rhabarb. el. dr. III.
agar. alb. dr. II.
sal. tart. dr. I. D. inc. & cont.

5. *Cerevisia* medicata *Jalapina* apud **Rolfinc.** *Cerevis. medic.*
talis est:

℞. rad. scorzon.
cichor.
fœnic.
pimpinell. an. dr. II.
cort. tamarisc.
rad. cappar. an. dr. III.
fol. Veronic.
cochlear.
nasturt.
fumar.
agerat.
agrimon.
aspleni an. M. ℥.
Sem. cuscut.
è lupul.

fœnic.

b) de Purgant. S. II. a. 3. c. 16. p. 108. Add. LVIII. conf. 733. & L. IX. conf. 3. p. 837.

fœnic.
carv. an. dr. I.
fl. epatic. alb. Man. sem.
anth. pug. III.
Gialap. insp. vin. per noct. in leni calore m
cerat. Unc. I.
agaric. in troch. redact.
senæ alex. s. st.
helleb. albi
cort. aurant. & citr. an. dr. II.
croc. martis nigri cum madalvon.
sulf. pap. Unc. I.
salis tartari alb. dr. II.
sp. Vitriol. dr. sem.

Concis. & cont. D. Species zum Kräuter Bier.

Præparat, evacuat, corroborat. In affectibus hypochondrii, mesenterii, pancreatis, febribus &c utilis. Superinfund. cerevis. ad supereminent. VI digitor. in latitudine. Stent in digestione len VIII. horar. spatio. Bibat. haust. hor. matut. IX & pomeridianâ IV. Alias formulas cerevi. (seu vin. medic.) vid. apud Eund. *Rolfinc.* (c) Idem scorbuticæ, humoribus bene præparatis, ordinavit cerevisiam hanc purgantem: (d)

℞. rad. cichor. unc. II.
fœnic. unc. sem.
summit. fumar.
fol. cochlear. an. Man. sem.
senæ alex. s. st. Unc. I.
fibr. helleb. nigr. dr. II.
Gialap. dr. I.
Zedoar. dr. I.

croc.

(c) l. c. p. 110. (d) L. VIII. consult. 8.

ceroc. martis nigr. Unc. sem.
oncis. & cont. D. Species zum Laxier-
..

CAPUT XVI.
DE DECOCTO JALAPINO.

§. 1.

Uoniam verò sine aqua decoquere non va- *Decoctum.*
les, & hæc in partes resinosas aut sulfureas
m vim obtinet, vix ex sola *Jalapa* paraveris
ματα, seu *decocta* internè sumenda, aut pro
re, nisi vel aliquod sal, ceu clavem, addideris,
rorata prius ea ad madorem sufficientem per
m fuerit in spiritu vini. *Timæus* in descripti-
is medicamentorum (e) decocto laxativo &
nti, nec non decocto cephalalgico, præparan-
ul ac purganti, utiliter immiscet, non impro-
Magno *Rolfincio*, (f) utut *Schonborn* & *Bla-*
g) dicant, coctione vim ejus perire & exsol-

2. *Tilingius* (h) ex *Grülingii Florileg. chym.*
potum dabit:
Rhabarb. alex.
agaric. troch.
fibr. helleb. nigr. ppt.
Jalapp resinos. an. dr. II.
fl. borrag.
violar.
bugloss.
ros. alb. an. pug. II.
q. in s. q. aqu. font. Colat. Unc. III. add.
Sir.

p. m. 407. seqq. (f) l. a, (g) l, c (h) Rhabarbarolog.
c. I, p. 139.

Sir. rос. c. infus. rhabarb. unc. I. M.

§. 3. Ego decoctis lenientibus & purgantil
pulverem, seu magisterium *Jalapæ* nunquam n
faustè admiscui, quorum παραδίγματα annect
Generosus Dn. *Wolfgang. Sigismund ab Utter*
Toparcha in minori Lupniz, Mehlborn &c. c
structionibus alvinis in senio sæpiùs obnoxiu
hoc decoctum maximopere laudabat:

℞. Decoct. prunor. dulc. & passul. min. ca
diss. Unc. VI.
inf. incis. fol. sen. s. st. dr. III.
agaric. trochisc. scrup. IV. seu dr. sem.
sem. anis. cont. dr. I. & sem.

stent per noct., vase bene tecto, in loco calid. M
nè post lenem ebullition. exprim., Colat. admi
Sir. ros. solut.
diaser. Andernac. an. Unc. I.
Pulv. *rad. Jalapp.* scrup. I.
cryst. tartar. scrup. sem.
magist. Jalap. gr. IV. (VI.)

Adde sîs aqu. cinamom. simpl. dr. II. seu q.
Propinavi cochlear. IV. seu V. per intervalla s
menda, & optimè semper cessit senibus, puerperi
febricitantibus, & alia aversantibus. Certè *U*
terodius noster à quinque cochlearibus octies s
cedebat, ut crebriùs suâ sponte præparari jusseri
vocans *Medicinam Salutis*. Reverendus Dn. M
Observ. *Christian. Rebhan*, Pastor Mega-Lupnizensis, to
tus cachecticoscorbuticus, quovis vere & autumn
per aliquot annos, unà cum multis aliis, usus eoden
feliciter. *Matthiæ Scheiters* lanionis conjux, ar
dente febre decumbens, à cochlearibus IV. octie
noviesve secessit sine ulla molestia, summa cum *eu*
φορία. *Joanni Casp. Hauptio* ita dedi:

℞. De

℞. Decoct. tamarind. unc. III.
sir. diaser. Andernac.
cichor. cum rhabarb. an. unc. sem.
Tart. Vitriolat.
Mag. Jalap. an. gr. IV. M. pro 2. dosib.

Largissimè semper purgatus cum levamine *Pe-*
Homan accepit hoc:

℞. Decoct. tamarind. Unc. II.
sir. dias. Andernac. unc. sem.
cryst. tart.
pulv. rad. Jalap. an. gr. VIII.
aqu. cinam. dr. II. M. pro una dosi,

Quater ἄνω & vel decies κάτω, citra molestiam
nen, excrevit. *Joann. Nic.* Schildt / Merca-
i Isnacensi, propinavi sequens:

℞. Decoct. tamarind. unc. II.
Sir. ros. solut. dr. II.
dias. And. unc. sem.
pulv. rad. Jalap. gr. VIII.
Tart. Vitriolat. gr. IV. M. pro una dosi.

Semel ἄνω, septies κάτω evacuatus blandè &
ficienter, licèt, uti *Homannus*, robustioris &
mpactioris corporis esset.

CAPUT XVII.

DE POTIONIBUS JALAPINIS.

§. I.

I humores excrementitii tenaces & glutinosi *Potiones.*
sint, liquidiora longè efficaciùs operantur quàm
ca. Elegans potiuncula *Möllenbrocciana*: (i)

℞. Aqu. borrag. Unc. I.
beccabung. unc. sem.

cin-

(i) de Vasis c. 8. p. 105.

cinamom. dr. II.
spirit. cochlear. rectif. gutt. VI.
Sir. ros. solut. Unc. sem.
pulv. rad. Jalap. scrup. I.
diagrid.
tart. vitriolat. an. gr. IV. M.

Vel *Jungkeniana* : (k)
℞. *Resin. Jalap.* gr. XVIII.
Aqu. cichor. unc. I. & sem.
cinamom. dr. VI.
sir. de cichor. cum rhab. dr. II. M.
℞. Seri lact. caprin. unc. VI.
Tinct. Vitriol. martis Zwelf.
Jalap. an. scrup. I. M. pro dosi:

Aut *Blasiana.* : (l)
℞. Extr. fol. sen. dr. I.
Resin. Jalap. gr. V.
ol. anis. (aut similis) gutt. II. M. D. in juscul. seu vino.

Vel *Barbettiana* : (m)
℞. Elect. diacathol. dr. I.
diaphœn.
conf. hamech an. dr. I. & sem.
crem. tart. scrup. II.
pulv. Jalap. gr. VI.
seri lactis q. s. M. F. tt.
℞. Elect. diacathol.
conf. hamech an. dr. II.
pulv. Jalap. gr. VIII.
crem. tart. scrup. II.
aqu. fœnic. q. s. f. tt.

Seu

(k) Fund. Med. eclect. p. 538. & 532. (l) ad Morell. formulas, (m) P. I. chirurg. c. 1. p. 9. & 10.

Seu *Deckeriana*: (n)

℞. rhabarb.
f. sen. s. st. an. scrup. un. F. pulv. tenuiss., cui admisce
mann. calabr. dr. VI.
Resin. Jalap. gr. IV.
aqu. fœnic. unc. II. M.F. Potio.

Vel: ℞. *Magist. Jalap.* gr. IX.
sal. tart. gr. IV. (V.)
subig. cum. sir. ros. solut. Unc. sem.
F. potiuncula suavis & sufficienter laxans.

Si enim cum vehiculo liquido miscenda venit, rectiùs feceris, ùt dixi, si subigatur prius cum vitell. ovor., vel seminibus oleosis, e.g. *cum vitell, ovor.*

℞. *resin. Jalap.* gr. IX.
dissolv. c.s.q. vitell. ovor.
add. aq. menth. ad unc. III.
M. pro dosi. Sic copiosius laxat.

Cum. *seminibus oleosis* præparetur ita:

℞. Sem. melon. excort. num. VI. seu VIII.
resin. Jalap. gr. IX.
c. s.q. aq. fœnic. f. emuls.
add. aq. cinamom. dr. I.
edulc. pauco sacch. D. pro dosi.

§. 2. Aut: ℞ *Jalap. resin. nigr.* dr. sem.
diagr. corr. gr. VII.
mell. ros. sol. unc. sem.
aq. ceras. n.
beton. an. Unc. I. M. (o)

Potiuncula, quam *Georg. Bolman.*, Med. Hamelensis, pilulis suis usualibus præmittere solebat, cujus descriptionis est:

℞. rad. polyp. querc. dr. I.

F Herb.

(n) Exercit. Pract. circa meth. med. c. 5. (o) Ridlin. C. II. obs. 99.

Herb. fumar.
fl. prun. sylv. an. pug. I.
prun. dulc. Ungaric. exoss. num. VII.
passul. Corinth. incis. unc. sem.
coq. in s. q. aq.
Colat. calid. per noct. infund.
fol. sen. alex. à stipit. mundat. dr. II.
rhabarb. opt. dr. I.
agar. rec. troch. dr. sem.
Mane, factâ leni ebullitione, expr. Unc. II. In quibus dissolv.
Mannæ tartarisat. Unc. sem.
pulv. gialap. gr. IX. S. gelinder Purgier-Tranck. (p)

§. 3. Dn. *Hermanni Adolfi ab Utterod*, tunc Centurionis, nunc Generalis, conjux puerpera, at febricitans, sumsit haustulum sequentem, à quo omni ex voto evacuata citra molestiam:

℞. Mann. calabrin. puriss. unc. I.
dissolv. in s.q. aq. cich.
col. adm. sir. ros. sol. & cich. c. rhab. an. unc. sem.
pulv. rad. Jalap. gr. VII. M.

Aliis, feminis pariter virisque, robustioribus tamen, dedi optato cum effectu, sequentes:

℞. fol. sen. s. st. dr. III.
rad. elleb. n. præp. scrup. IV. (vel rhab. alex. scrup. IV.)
agaric. troch. scrup. II. (IV. & rhabarb. scrup. II.)
sem. anis. dr. I.
Incis. & cont. aff. s. q. decoct. passul. min. (tamarind.) calidiss.

sten-

(p) vid. tr. de Acidul. Pyrmont. in append.

ſtent vaſe bene tecto per noct.,
Manè lenit.ebull. expr. & Col. unc. III. &
ſem. adm.
ſyr. diaſ. Andern. unc. ſem.
cich.c.rhab. dr. VI. (roſ. ſol. unc. ſem.)
Tart. vitriolat. gr. IV.
pulv. rad. jalap. gr. VIII. (gr. X.)
troch. alhand. gr. I. M. D.
℞. fol. ſenn. alex. s. ſt. unc. ſem.
agaric. troch.
rhabarb. el. an. ſcrup. IV.
ſem. aniſ. dr. I.
Inc. & cont. coq. in aq. s. ſtent per noct.
Manè poſt len. ebullition. expr. & Col. unc.
III. & ſem. adm.
Sir. cich. c. rhab.
diaſ. Andernac. an. unc. ſem.
cryſt. tart. gr. VI.
pulv. rad. jalap. gr. V. (VII.)
troch. alhand. gr. I.
aq. cinamom. dr. II. M. D.
℞. aqu. cort. aurant.
menth. criſp. an. Unc. I.
cinam. c. cord. dr. II.
In quibus diſſolv.
extr. panchymag. Croll. ſecund. deſcript.
ſcrup. I.
rhabarb. gr. IV.
pulv. rad. Jalap. gr. VIII.
troch. alhand. gr. I. ſeu II. M.
℞. Aq. meliſſ. unc. II.
cinam. ſimpl. dr. II.
ſir. diaſ. Andern. unc. ſem.
tart. vitriolat. gr. IV.

pulv. rad. Jalap. gr. IX. (X. XII.) M. pro dosi.

℞. fol. sen. s. st. unc. sem.
spec. decoct. pectoral. (pulp. prun. seu tamarind.) dr. VI.
Tart. alb. dr. II.
sem. anis. (carv.) dr. I. vel. II.
Incis. & cont. coq. in aq. s. Col. ℞. Unc. III. & sem. adm.
pulv. rad. Jalap. scrup. I.
cryst. tartari IV. (VI. ad X.) M. D.
(Vel admisc. Mell. ros. sol. unc. I. & *pulv. rad. Jalap.* gr. X. aut XII.)

℞. Elect. diaphœn. (diacathol.)
Mell. ros. sol. an. Unc. sem.
crem. Tart. gr. XXIV. (XXVII.)
Mag. Jal. gr. IV. (seu *pulv. R. Jalap.* gr. VIII. ad X.)
aq. menth. cr. (chamomill.) q. s.
spirit. vitriol. gutt. VI. M.

CAPUT XVIII.
DE EMULSIONIBUS JALAPINIS.

§. I.

Emulsio. EMulsiones ita dicuntur, quòd lacti sint similes, & quasi *emulgendo* parentur. Emulsio cathartica *Frid. Hofmanni* (q) hæc est:

℞. Sem. melon. excortic. dr. I.
Resin. Jalap. gr. VII. (IX.)
contund. & misc. in mortar. marmor. sensim aff. aq. ros. opt. unc. I. & cinam. dr. II.
Rotul. man. Christ. dr. sem.

spir-

(q) thes. pharmaceyt. S. XI. p. 72.

spir. rosar. gutt. III. M. pro una dosi.

Ettmülleri in *Collegio Therapevtico* MS. hæc:

℞. sem. melon. excort. num. VI. (VIII.)
resin. Jalap. gr. IX.
c. s. q. aq. fœnic. f. emuls.
add. aq. cinamom. dr. II.
edulc. pauc. sacch. D. pr. dosi.

Jüngkeniana hæc: (r)

℞. *Resin. Jalap.* gr. XV.
cum amygd. III. seu IV. excort. & aq. acac.
ac cinam. an. dr. III. F. Emuls.
cui add. sir. papav. errat. dr. M. pro dosi.

§. 2. Dn. *Eliæ Eccarto Schneidero*, Ducalis Cameræ Isnacens. Scribæ, non semel, ad imitationem *Riedlinianam*, (s) sequentem dedi feliciter.

℞. Nucl. pin. q. s.
f. c. aq. meliss. emulsiuncula,
adde Juleb. ros. dr. I.
mag. Jalap. gr. XIII.
scammon. gr. IV. M.

Duodecies dejecit sine notabili molestia. Eandem obtuli Virgini XVIII. annorum cum *Mag. Jalap.* gr. XII. & resin. scammon. gr. III. Et nullus inde questus.

§. 3. Cum autem frater ejus, Juvenis XXIV. annorum, me inscio, eâdem uteretur, & post bihorium, ad sitim levandam, recentia fraga largiùs comederet, in summum se præcipitavit vitæ discrimen. Rectè Augustani: *Ventrem turbandi*, ajunt, *multæ sunt artes*, *attamen* electivè purgantibus non temerè abutendum, *præsertim in delicatulis ac infantibus*. Sed quis læditur nisi à seipso? Novi Pa- *Observ.*

F 3 storem

(r) Vid. Med. præsenti seculo accommod. P. II. S. I. c. 2. p. 465. (s) C. I. obs. 64. 66. & 75. C. III. obs. 57.

storem paganum, qui in emulsione amygdalarum dulcium, à se confecta, puellæ bienni in obstructione alvi sex grana *Mag. Jalap.* dederat, subsequente diarrhœâ lethali. Adeò impune occidimus homines, & nemo est qui vindicat, secundùm antiquam lamentationem Ezech. XI. 6.

CAPUT XIX.
DE SIRUPIS JALAPINIS.

§. I.

Sirupi. Sirupi vel *Serapiu*, ab Arabum *Schareba*, i. e. *sorbere*, denotant liquorem sorbilem. *Sirupus* *Timai,* panchymagogus *Timai in descript. Medicament.* (t) hic est:

℞. Tart. albiss. unc. I. & sem.
coq. in s. q. aqu. simpl. ad perfect. solution.
In colatura adhuc calent. infund.
Fol. sen. s. st. unc. I.
agaric. albiss. dr. VI.
rhabarb. el.
gialap gummos. an. Unc. sem.
fl. borrag.
buglosf.
rof. an. Pug. I.
sem. anis. dr. II.
fœnic.
citr. an. dr. I.
cinamom. acutiss. dr. III.
Zingib. albiss. dr. I. & sem.
macer. scrup. II.
caryoph. scrup. I.
stent in infus. loc. calid. per hor. VI. postea ebul-

(t) p. 417.

bulliant semel atque iterum, & expr. fortiss.
Col. add. sacch. albiss. q. s.
F. s. a. Sirup. tenuis.

Ejusdem *sirupus sambucin. laxativus* talis est. (u)
℞. succ. bacc. sambuc. matur. libr. VI.
aqu. fumar. lib. III.
inf. f. sen. s. st. unc. I. & sem.
Rad. Gialap. unc. sem.
agaric. albiss.
mechoacann. el. an. unc. sem.
soldanell. unc. sem.
turpeth elect. dr. VI.
ireos unc. sem.
cinamom. acutiss. dr. II.
Zingib. alb. dr. I.
caryophyll. scrup. I.
coq. & exprim. fortiss. Col. add. sacch. albiss. q. s.
f. s. a. sirup. tenuis.

Sirupus chalybeatus purgans Ejusdem (w) hic:
℞. Chalyb. præp. unc. II.
passul. min. unc. I. & sem.
affund. aqu. fumar. & absinth. an. libr. I.
stent bene tecta in loco mediocriter calido per triduum,
postea add.
Rad. polyp. querc.
oxylapathi
cort. rad. cappar. an. Unc. sem.
ceterach
cuscut. an. Man. sem.
sem. aquileg.
genist. an. dr. I.

(u) l. c. (w) l. a. p. 419.

cinamom. acutiss. Unc. sem.
Fol. sen. s. st. unc. I.
Rad. Gialap. dr. VI.
ebulliant semel atque iterum, Col. add.
Sirup. nostri panchymag. unc. III.
sacch. albiss. q. s. f. sirup.

Mynsichti, §. 2. *Mynsicht* (x) *sirupum* suum Pantagogum parat ita:

℞. Rad. polyp. querc.
hermodact. alb. an. unc. IV.
turbith alb. & gummos.
mechoacann. an. unc. II.
rhabarb. opt. unc. I. & sem.
helleb. nigr. præp.
Jalap. resinos. an. unc. I.
agaric. troch.
myrobal. omnium an. Unc. sem.
incis. & cont. inf. in vin. albiss. q. s., macerent. per aliquot dies,
postea s. a. coq. & in colat. libr. IV. iterum inf. seqq.
fol. sen. elect. unc. III.
passul. min. unc. III.
crem. tart. unc. I.
Herb. capill. Veneris
veronic.
fumar. an. Unc. sem.
sem. fœnic. & anis. an. dr. II.
fl. persicor.
viol.
ros.
acaciæ
epithym. an. dr. I.

Stent

(x) Arman. Med. chym. S. XVI. p. m. 266. seq.

Stent in infusione per noct., postea denuò coq., exprim., colent. & tandem cum sacch. albiss. libr. II. f. justæ consist. sirup., sequentia autem,

℞. Cardamom. min.
caryophyll.
galang. min.
macis
zingib. alb.
cinamom. acut.
spic. Indic an. drachm. sem.

ulverisata & panno lineo ligata, inter coquenum infricentur, ut bulliant unà cum sirupo, & ei cultatem tradant. Offertur omni ætati tutò, iò etiam, urgente necessitate, prægnantibus per, vel in aquis, locum affectum propriè respicientius. In robustioribus autem cum aliis cathartis fortioribus, pro diversitate morbi, semper acuir. Dosis ab unc. I. ad II. & III.

§. 3. *Sirupus* aperitivus & catharticus *Blasii* hic : (y) **Blasii.**

℞. Rad. cichor.
borrag.
fœnic. an. unc. I.
Herb. hyssop.
meliss.
betonic. an. M. I.
borrag.
fumar.
absinth. Rom. an. Man. sem.
fl. centaur. min.
chamædr.
chamæpit. an. pug. II.

F 5 fol.

(y) not. ad Morell. form. præscr. meth. L. I. S. I. c. 4. p. 85.

fol. sen. Unc. III.
agaric.
jalap. an. unc. sem.
sem. anis.
foenic. an. dr. III.
sp cæ
caryophyll. an dr. sem.
Coq. in aq. comm. libr. I. Col. add.
Succ. pomor. redol. acidor.
rosar.
borrag. an. Unc. II.
In quibus omnibus dissolv. sacch. libr. I. & sem.
F. sirup. perfectè coct. & aromatizat. cum
Cinamom. pulv. dr. II.
Serv. in vase vitreo, de quo capiat unc. II. bis in mense in jusculo.

Sennerti. §. 4. *Sirup. purgans* apud *Sennert.* (z) talis.
℞. rhabarb.
Mechoacann. nigr. an. Unc. sem.
scammon. dr. III.
gumm. gott. dr. II.
helleb. nigr. dr. I. & sem.
cinamom.
squinanth.
zingib. an. dr. I.
extrah. cum sp. vin. q. s. præmittendo digestion. per aliquot dies, ùt moris est, pro extract. sufficiente. Extracto aliquantulum per menstrui abstraction. inspissato add. Succ. cydon. express. q. s. digere in Balneo, vel in loco calido per dies XIV., postea, quod clarum est, separetur. F. sirup. Dos. cochl. I.

§. 5. *Siru-*

(z) Inst. med. L. V. P. III. S. III.

ait, cum Aristotele inter juvenem *mento* & *mente*. Quidam Medici, licèt juvenes sint *mento*, tamen senes sunt *mente*; nam *cani homines sapientia ejus, qui in brevi ætate multa tempora complevit.* Et hi in Medicis præceptis scientissimi, & in praxi mediocriter exercitati, præferendi sunt illis Medicis, qui *mento* quidem sunt senes, sed non mente. Dantur enim senes Practici, qui in neutra Medicinæ parte versati, nil nisi *ætatem* & *experientiam* opponentes, citra ullam observationem in visitandis ægrotis, in Arte Medica verò & scriptis medicis, quæ moderno tempore ad Artem medicam excolendam & amplificandam divulgantur, minùs versati consenescunt: adeoque horum similis putatitia experientia medica potiùs est *ruditatis* & *ignorantiæ* sœpe palliativum subtegmen. Addo censuram Doctissimi *Bapt. Sylvatici:* (b) *Qui enim*, infit, *diu noctuque Artis medicæ studiis strenuè operam dederit, quò plùs temporis in his laboribus impenderit, plus sapere summo consilio existimandus est, & omni ratione sibi juniori anteponendus. Quod si quis, neglectis studiis, solo Medici nomine contentus, usui se totum dederit, hunc ego neque seipso juniore doctiorem fecero, neque experientiâ præstare facilè dedere, cùm non satis esse semper existimaverim, ad capiendam ex ægrotorum inspectione utilitatem, multos vidisse, sed opus esse doctrinâ & studio, cujus ope quid novi in iis sit, quod antiqui prætcriisse credantur, aut cum eorundem placitis conveniat, cognoscamus; quibus instructi, ex multis, quæ nobis se offerunt, medicamentis, quodnam ex usu sit, non ignoremus. Est noverca sapientiæ negligentia, & intermissio studiorum; è contra diligentia & assiduitas mater & magistra;*

(b) controv. 43. p. 208.

ra; ubi præsertim usus accesserit cum studio verita-
is conjunctus. Clausula tandem hæc est: *Ejuscemo-*
i ego senem usu & doctrinâ præstantem si non pluri-
ni fecero, planè me impudentem judicato. Usus &
xperientia διδασκαλεῖον nostrum. (c) Interim *Ja-*
i Damasceni aphorismus CIII. non absolutè pro
egula erit, scribentis: *nulli credendum esse, quan-*
umvis docto Medico, nisi ætatem habenti & experto.

§. 5. Non adeò mitem *Jalapam* pronunciat *D.*
Paulli, (d) ùt complures sibi persvadent. Equidem
i ritè utaris, nihil inde periculi. Vinum parat ani-
nos & asinos, prout mensuram tenes. Sic à duabus *Mors à*
nciis mannæ in jusculo dissolutis mortem notavit *manna.*
D. *Greisel.*, Prof. Viennensis. (e) Scribit *Bodæus* à
Stapelen; (f) se sæpissimè grana XX. vel XXV.
scammonii cum sirup. viol. feliciter adhibuisse,
pueris VIII. X. XII. annor. grana X. XII. XV.; non
minori successu quinquennibus grana VI. septem-
re. Parens ejus *Egbertus*, cum *Gerardo Ryckio*, ca- *Monstra*
i hectico cuidam epileptico XLIII. annorum, dein- *Artis.*
de maniaco scrupulos duos & sem. scammon. pulv.
mane præscripserat; qui cum parùm aut nihil mo-
verent; vesperi superaddidit drachmam unam
scammonii, ex quâ liberaliter fuit expurgatus; &
mane meliùs habere cœpit. Deinde sequens dedit
purgans:

℞. Rad. helleb. nigr. dr. III.
fol. sen. dr. III.
cinamom.
anis. an. scrup. I.
f. ebullit. in s. q. aq. fumar. express. add.
scammon. pulv. dr. sem.
M. pro haustu.

I 2 Abs

(c) Hipp. L. de flatib. (d) l. c. p. 473. (e) Dec. I. Eph. Cur. ann. III. obs. 47. (f) Comm. in Theophrast. Hist. plantar. L. XIX. c. 10. p. 1055.

Abs hoc feliciſſimè iterum purgatus, veſperi, dato convenienti ſomnifero, placidè decubuit, mane mens integra conſtabat, nec unquàm poſtea deliravit. Rara hiſtoria, nec niſi ſummâ urgente neceſſitate imitanda.

Obſerv. §. 6. At quæ neceſſitas coget Medicum rationalem, ut illi ægro ſcammon. integram drachmam propinet? Ita *Chius Eudemus* aliquando uno die viginti duas potiones *helleborinas* ſumſiſſe ſe retulit, cùm in foro apud merces ſederet, nec ſurrexiſſe prius, quàm eſſet meridies. (g) Sic Hiſpanus ille, memorante *Rondeletio*, (h) in ſummo æſtu dimidiam unciam opii vorabat, uti *Lipſis* apud *Mœbium*. (i) Imò refert *Monconnys*, (k) Legatum Gallicum ad Angliæ Regem, cùm ægrotaret, & dormire non poſſet, integras opii uncias aſſumſiſſe. (l) De vetulis cicutam innoxiè vorantibus vide *Galen.* (m) & *Nic. Fontani reſpons. & curat. medicin.* (n) Adde ſis *Mœbium.* (o)

Cautio, §. 7. Caveas etiam velim, ne denegata reſolutione aut nihil operetur, cunprimis *reſina Jalapæ*, etiam liberalicri doſi data, ſeu parietibus ventriculi affixa & agglutinata tormina excitet & hypercatharſin. Quæ mala notavimus olim in Dn. *Franciſco de Reneſſe*, Capitulari Corbeienſi, cui Pharmacopœus pulverem ex *magiſt. Jalap.* etiam confectum dederat. Cura igitur, ut bene miſceas, magis minùsvé reſinam diſſociantia præbeas, omneſque queſtus & dolores feliciter avertas. (p)

LIBER

(g) D Paulli Botan. cit. p. 7. (h) apud Scholiaſt. Hollerii in L. I. de Morb. intern. c. 6. (i) Fund. Med. Phyſiol. c. X. p. m. 160. (k) Itin. Anglic. T. II. p. 61. (l) Conf. sîs Dec. I. Eph. Germ. Curioſ. ann. II. obſ. 69 & D. Wedel. Opiolog. L. I. S. II. c. 9. p. 29. (m) L. III. Simpl. c. 17. (n) L. I. p. m. 161. (o) l. c. (p) conf. Zvvelf. animadv. ad Claſſ. VII. p. m. 238. & Nos ſuprà L. I. c. 5. §. 4.



LIBER SECUNDUS
Qui
Therapevticus,
Cujus
PARS PRIMA
Continet usum Jalapæ specialem in
AFFECTIBUS CAPITIS,
seu
SUPREMI VENTRIS.

CAPUT I.
DE USU JALAPÆ IN DOLORE CAPITIS.

§. 1.

INtrandum est in rerum Naturam, & penitus, quid ea postulet, pervidendum, ait *Cicero*. (q) Agè igitur, ponderabimus nunc usum *Jalapæ* therapevticum in affectibus internis & externis, utinam feliciter! Et licèt difficilimum sit, tale reperire remedium; quod *citra ullam læsionem & noxam* magnificè

(1.) In dolore capitis,

(q) L. V. de Fin.

ficè prosit, tradente *Galeno*, (r) *Jalapa* tamen nostra tale est. Cunctis enim partibus auxilium, nulli damnum fert *pretiosum hoc divitis Naturæ donum*, uti *Rolfinc.* vocat. (s) Næ in cephalalgia pituitosa Nobilissimæ Matronæ cum stupore quodā mentis omniumque sensuum tarditate, & perpetua in somnum propensione, oculorum intumescentia, excretione salivæ & pituitæ per os, palatum & nares, præmissis clysteribus, & decocto laxativo, hasce pilulas dedit Felicissimus *Timæus à Güldenklée.* (t)

Observ.

Pilul.

℞. Extract. nostr. solutivi scrup. I.
agaric. scrup. sem.
resin. Gialap. gr. III.
ol. still. nuc. mosch gutt. II.
M. & c. aqu. cinam. f. dilul. IX. Deaurent. fortiter.

His adhibitis remisit dolor, nec ullum humoris pituitosi relictum vestigium. In auxilium igitur vocavit caput, cerebrum, stomachumque confortantia, quæ inter essentiam rorismarini & destillatum suum ex ligno sassafras & cinamomo utilissimum deprêndit.

§ 2. In eadem causa pituitosa D. *D. Joan. Christian. Fromman*, Præceptor quondam meus in Augusto Gymnasio Casimiriano, hunc offert pulverem: (u)

℞. Spec. diaturbit c. rhab. gr. XV.
tart. Vitriolat. scrup. I.
R. Jalap. gr. V.
spirit. salis gutt. II.
Vel: ℞. *Gialap.* scrup. I.
diagrid. sulfurat. gr. VI.

cryst.

(r) L. XI. M. M. c. 12. (s) S. II. a. III. c. 15. de purgant. p. 107. (t) L. I. cas. med. 2. (u) in disp. inaug. de dolor. capit. habit. Jen. 1753.

cryst. tartar. gr. III.
elæosacch. citr. scrup. sem., D. pro dosi. (w)

Si quid sit, quod vomitum vetet, tale quoque hiberi potest purgans:

℞. Crem. tartar. dr. I.
Resin. Jalap. gr. X.
sulf. antimon. gr. III. M.

Vel: ℞. Crem. tart. scrup. I.
resin. Jalap. gr. IV.
sulf. antimon. gr. III. M. f. pro dosi.

3. Vel: ℞. Extr. phlegmagog. scrup. sem. **Pilul.**
Resin. Jalap. gr. VIII. (vel X.)
tart. Vitriolat gr. VII.
sal succin. volat. gr. III.
ol. majoran. & succin. an. gutt. I.
M. f. pil. XIII.

Vel: ℞. *Resin. Gialap.*
scammon. an. gr. VI.
sal. succin. volat. gr. III.
Gumm. galban.
ammoniac. an. dr. sem.
ol. myrrh. g. III.
M. f. pil. pro una vice: (x)

Si ex utero dolor profluat, da pilulas *Jüngkenianas*: (y)

℞. MP. de succin. scrup. sem.
resin. Jalap. gr. VI.
extr. troch. alhand. gr. II.
castor. gr. VI. (IV.)
tart. Vitriol. gr. VI.
f. c. elix. propr. Pil. XV. pro dosi.

(w) Rolfinc. L. II. Consult. 2. p. 61. (x) Dolæus Encyclop. Med. L. I. c. 1. p. 15. & 18. (y) Vademecum Prax. p. 75.

Vel: ℞. Gumm. ammoniac. scrup. sem.
resin. Jalap.
scammon. ppt. an. gr. IV.
extr. troch. alhand. gr. II.
sal. succin. volát. gr. V.
ol. succin. gutt. II. M. F. pil. XV. pro dosi.

Et si sanguinis massam vaporibus nimis obnoxiam deprendimus, ac purgatione opus est, cum *Cellario* laudat Idem seqq. (z)

℞. MP. de succin. Crat. scrup. sem.
resin. Jalap. gr. IV. (VII.)
tart. Vitriolat. gr. VII.
castor. opt. gr. IV.
c. elix. propr. f. Pilul. pro dosi.

Observ. §. 4. D. *Vitus Ridlin.*, Physicus Augustanus, in capitis dolore exquisito, cum metu convulsionum, puero XI. annorum obtulit potiunculam ex
pulv. gialap. resin. nigr. scrup. I.
cholagog. f. gr. III.
gumm. gott. gr. VI.
Mell. ros. solut. unc. sem.
Aqu. ceras. nigr. q. s.

In sequentibus diebus præscripsit diaphoreticum & alia felici cum successu. (a) Femina XXVIII. annorum singulis diebus horâ matutinâ sextâ tàm magno capitis dolore prehendebatur, ut ferendo ei vix par foret, trihorium tamen nunquàm excedebat: quô exactô cum dolore omne malum cessabat. Huic Junior *Ridlinus*, Amicus honorandus, dabat pilulas: (b)

℞. MP. de succin. Crat. scrup. sem.
magist. jalap. gr. VII.

dia-

(z) Med. Pract. p. 196. seq. (a) C. I. obs. med. 55. (b) cent. obs. med. singul. num. 20.

diagrid. sulfurat. gr. III.
f. ç. elix. PP. Pil. XXI.
consperg. pulv. liquirit. D. pro una dosi.
ddidit sudoriferum, omni questu sublato.

§. 5. Virgo XXV. annorum pertinacissimâ ce- *Observ.*
ialæâ per quinquennium miserè cruciata, & tan-
m non in rabiem acta, multorumque consiliis
a, meum tandem poposcit, dicens: animalculum
quod (musculum vocabat) in capite hinc inde
rsitare, & esse morbum à fascino inductum, quod
miter credebat, speciosis probans ratiunculis.
xpensis expendendis, uti bonum catumque Vi-
m decet, dedi primò vinum digerens bono cum
ccessu. De hoc sumsit quotidie bis unc. IV., in-
illando semper cuilibet dosi sp. sal. armon. gutt.
V. Tunc Lunâ decrescente præscripsi purgans
uries repetitum, cui semper stimuli loco *resinam*
ilapinam immiscui. Adhibita alia, quæ metho-
us postulabat, & quinque tandem expuli *vermes*
ubicundos ac *pilosos*, sicque castam Virginem, ad-
uc, nî fallor, parcraticè valentem, à suspicione fa-
cini omnique dolore liberavi. (c)

§. 6. *D. Christian. Lang.*, celebratissimi nomi- *O. cephalaea animata,*
is Medicus Lipsiensis, in aureola sua *Pathologia*
nimata (d) quemvis acutum ac perseverantem
apitis dolorem à vermiculari aut serpentiformi,
el scorpionum etiam horridas imagines referen-
e hac genitura (quæ spiritum nostrum & partes,
uibus is inhæret, perpetim rodendo radendoque,
ut morsicando, purgendo, ac veluti urendo gravis-
imè lancinat,) provenire asserit, quod qui nobis-
um, ait, sibi persvadebit, curandi scopum ex voto

 eti-

(c) Vid. fasc. I. obs. m. Med. Phys. n. 101. (d) animadv.
ad c. 2. §. 3.

etiam conſequetur, ſi hujusmodi remedia tàm interna, quàm externa, quæ ſingulari efficaciá verminoſum hoc ſeminium enecare valent, ſedulò adhibere ſtudebit. Abſtruſioris hujusmodi doloris exempla verminoſa benè multa dedimus alibi, (e) queîs addi poſſunt *Zodiac. Med. Gallic.* (f) *Stalpart van der Wiel* (g) *Blanckard* (h) *Verzaſch.* (i) & alii.

Mirabilis obſerv. §. 7. De ſingulari Solis cum *cephalalgia* conſenſu vid. *Ephemerid. Curioſor.*, (k) & adde, ſi placeat, obſervatiunculam noſtram. (l) Scilicet Nobilis Auſtriacus ultra biennium in aurora tolerabiles adhuc ſenſerat dolores capitis, qui tandem, ob conſvetudinem, circulos haud multùm turbabant. Circa *meridiem* hilaris, ſanus, & ad quævis exercitia promtus erat. Circa *veſperam* recruduit malum, quodque circa XI. & XII. nocturnam in ſummo erat gradu, ut, quietis neſcius, aliquando per ſaxa per ignes, per montes ſilvasque curreret. Demum circa *quartam* & *quintam matutinam* ſenſim deferbuit, & mitius factum, eratque *æſtivo* tempore longè atrocius quàm *hyberno*. Medici cauſam retulêre in lympham corruptam, & periodicè magis magisque ebullientem, ideo fonticulos ſuasêre in pedibus & brachiis, intus verò dabant pilulas è *reſin. Jalap.* De *catharro*, quavis nocturnâ duodecimâ affligente, vide *Hagedorn.* noſtrum. (m)

§. 8. Generoſo Dn. *Ludovico ab Utterot* in Valle, nec non Religioſo Viro, in dignitate eminentiori

(e) in cynograph. Sect. ult. c. 7. §. 1. ſeq. faſc. III. obſ. m. Dec. II. Eph. Cur. ann. VII. annex. obſ. 1. P. II. Zeitkürtz. erbaulich. Luſt. th. I. (f) ann. I. M. April, obſ. 3. p. 73. (g) ad obſ. 13. C. I. p. 62. (h) collect. Med. Phyſ. P. I. obſ. 39. (i) obſ. med. 6. (k) Dec. I. ann. VII. obſ. 8. (l) faſcic. II. obſ. Med. Phyſ. p. 35. (m) C. I. obſ. 53.

constituto, & Sculteto Rulano *Wagnero* in perti-
ci cephalalgia dedi optato cum levamine:

℞. MP. coch. scrup. I.
aurear. scrup. sem. (gr. VI.VIII.)
troch. alhand. gr. (II.) I.
mag. Jalap. gr. III. (II.)
f. c. aq. salv. pil. XVII.

veni erudito hasce;

℞. MP. coch.
arabic. an. scrup. sem.
troch. alhand. gr. III.
mag. Jalap. gr. II.
c. elix. Propr. f. pil. XVII.

Nobilissimæ *Eleonoræ ab Utterod* in cephalal-
ia phlegmatica alia inter misi:

℞. pulv. Jalap. scr. I.
tart. vitriol. gr. II.
cryst. tart. gr. III.
mag. Jalap. gr. I.

Excrevit duodecies, &, sumto adhuc diaphore-
co, omnis cessavit querela.

CAPUT II.
DE USU JALAPÆ IN VERTIGINE.

§. I.

Nihil prius aut antiquius est, (sunt verba Πολυμαθεστάτε Dolæi nostri, (n)) *quàm ut hostem ad arcem irruentem, & Regem nostrum Microcosmetorem è solio suo exturbare conantem arceamus, dein ut spiritus jam in circuitum actos iterum in pristinum redigamus ordinem. Si ergò hostis incedat mu-* (2.) *In vertigine.*

(n) l. c. L. I. c. 8. p. 130.

munitus gladiolis, hastis, lanceis, aliisque aculeatis armis, & aliquando jam se palaverit in ventriculo, ille expugnandus venit vomitoriis, inprimis ubi per consensum ex ventriculo exoriri videtur vertigo, opem feret sequens emeticum.

Emetic. ℞. Tart. emet. gr. I. (II.)
pulv. rad. Jalap. gr. V.
sal. absinth. gr. I. M. F. pulv.

§. 2. D. *Michaël* in Collegio MS. Jonstoniano ad cap. de *Vertigine* hasce commendat pilulas:

Pilul. ℞. MP. de succin. Crat. scr. I.
Resin. Jalap.
scammon. sulfurat. an. gr. V. F. pil. num. IX.

D. *Hanneman*, in Illustri Holsatorum Academia, quæ Kiliæ floret, PP., Amicus colendus, Generoso Juveni vertiginoso has præscripsit: (o)

℞. MP. de succin. Crat.
extr. panchym. Croll.
fol. senæ
agarici an. scrup. I.
Jalapp. resin.
scammon. an. scrup. sem.
M. f. pilul. ex scrup. I. num. IX. c. elix. ejus sano & experto.

Si per consensum ex ventriculo oriatur, præmisso emetico ex Tart. emet. gr. II. vel III. has dat pilul. *Waldschmied.*

℞. Extract. panchymag. scrup. sem.
resin. Jalap. gr. IV.
f. c. tinct. purgante pil. XI.

Pulv. §. 3. Excellentiss. *Wedelius* dabit pulveres: (p)

℞. pulv. laxat. vegetab. scrup. I.
resin. Jalap. gr. IV.

cinnab.

(o) Dec. II. Eph. Cur. ann. VIII. obs. 41. (p) disp. de vertigin. habit. Jen. 1682.

cinnab. nat. gr. V. f. pulv.
Vel: ℞. *Rad. Gialap. resinos.* scrup. I.
scammon. sulfurat. gr. V.
antimon. diaph. non edulc. gr. VI. M. f. pulv.

§. 4. Studioso cuidam Artis pharmaceuticæ à cœna (rariùs à prandio) *vertiginoso* cum pomo asato dedimus.

℞. MP. coch. scrup. sem. *Pilul.*
aurear. gr. V.
mag. Jalap. gr. IV. f. c. tinct. tart. pil.

Dejecit decies & quater. Usus præterea essentiâ stomachicâ, & nihil amplius querimoniæ percepimus.

§. 5. Robusta mulier *Bossebornensis* in Diæcesi Corbeiensi, plerunque circa plenilunium, ad duos tresve dies per intervalla *vertiginosa*, accepto à me pridie ante id tempus emetico-cathartico, ex *Observ.*

pulv. rad. Jalap. dr. sem.
antim. diaph. gr. IV.
tart. emet. Mynf. gr. II. M.

crebriùs devorabat pulverem ex semin. aquileg. chærefol. & carv. paratum, omni molestiâ penitus cessante. Famosus Italus *Burrhi* commendabat *elect.* suum, cujus descriptionem vid. apud *Lentil. Elect. P. III. Miscellan. p. 96.*

CAPUT III.

DE USU JALAPÆ IN MELANCHOLIA.

§. 1.

Hanc faustè expugnabit *Jalapa*, inprimis cum lapide lazuli ana ad scrup. unum copulata. Acescentem quippe & vappescentem sanguinis qua- *(3.) In Melancholia.*

qualitatem alterat & exantlat. Sirupum & vinum medicatum, utrumque *Jalapâ* inclytum, consignavit D. *Tiling*, quondam in Illustri Acad. Rinteliensi Prof., Amicus, dum viveret, candidus, (q) cui addas velim *Schröderianum*: (r)

Vin. medic.

℞. fol. sen. alex. s. st. dr. X.
follic. sem. dr. I. & sem.
epithym. dr. VI.
sem. cartham. conquassat. unc. sem.
Gialap. dr. II.
cort. elleb. nigr. dr. sem.
cinamom. dr. I.
zingib. scrup. sem.
cort. citr. dr. II.
Vini mensur. I. Dos. ab unc. III. ad IV.

Pulv. Timæi.

§. 2. Pulvis melanagogus Exc. *Timæi à Güldenkleé* (s) hic est:

℞. *Resin. Gialap.* dr. II.
extr. helleb. nigr. dr. I. & sem.
fol. sen. s. st. unc. I.
crem. tart. unc. sem.
ol. citr. gutt. VII. M. f. pulv.

Extr. diasen. Mynsi.

§. 3. Utilissimum quoque purgans in cunctis melancholicis constitutionibus *extractum diasenæ Mynsichti*: (t)

℞. fol. sen. elect. unc. IV.
agaric. alb.
helleb. nigr. præp.
rhabarb. elect. an. unc. I.
Rad. Jalap.
polypod. an. unc. II.

semi.

(q) in Rhabarbarolog. curios. P. IV. c. 1. p. 349. (r) Pharm. Med. chym. L. II. c. 63. p. m. 228. (s) in descript. medicament. p. 422. (t) Armam. Med. chym. S. III. p. m. 656 seq.

ſem. fœnicul. unc. ſem.
cinamomi
ſchænanth.
Zingib. alb.
zedoar. an. dr. I.

acerent. in s. q. aq. ad tepidum calorem, extrah.
qu. & affund. nova, donec tota virtus ſit educta.
vaporentur ſecundùm artem ad mellis craſſiti-
n, cui miſce ol. aniſ. & caryophyll. an. ſcrup. I. F.
a. extractum.

§. 4. Traxeris huc pilulas melanagogas *Myn-* *Pilul.*
sht. (u)

℞. MP. Indar. unc. ſem.
lap. lazul. præp.
ſcammon. roſat. an. dr. II.
extr. troch. alhand.
helleb. nigr.
Ialap. an. dr. I. & ſem.
eſſ. fol. ſen. alex.
hyperic. an. dr. I.
croc. or. præp.
epithym. an. dr. ſem.
ſpic. ind.
caryophyll. an. ſcrup. ſem.

M. & c. conſ. alkerm. in aq. roſ. diſſol. f. Maſſ.
pilul. ex qua poſtea cum ol. citr. f. pilul.
Doſ. à ſcrup. I. ad dr. ſemis. Vires ejus ipſe
dicet fuſiùs.

Melancholiam ad laqueum ſiſtit D. *Lentil. in Miſcellan. ſuis Medico Practicis*; Liberato & re-
ſtituto dedit præſervationis causâ pilulas per ſingu-
los menſes utendas:

℞. Extr.

(u) l. c. p. 148.

℞. Extr. fumar. & melanag. an. dr. I.
helleb. n. dr. ſem.
mag. Jalap.
ſcammon an. ſcr. I.
gumm g. gr. XV.
croc. mart. aperit. ſcr. II.
f. c. ſir. fumar. pil. pond. gr. I. Doſ. XXV.
Add. eund. *P. I. p. 175.*

Obſerv. §. 5. Honeſta Matrona ante triennium ſummè *melancholica* obtinuit à me decoctum aperiens & laxans, hocque *reſin. Jalap.* acuatum. De illo bis in die hauſit cochl. VI. De hoc autem V. omni ex voto & nunquàm non feliciter. Alia in burgo crucis ad Vierram, ſumtâ hâc potiuncula ter repetitâ, notabile ſenſit levamen:

℞. Aqu. aperitiv. Schröder.
meliſſ. c. vin. an. unc. I. & ſem.
extr. panchym. Croll. ſec. deſcr. ſcrup. I.
helleb. nigr. gr. IV.
mag. Jalap. gr. III.
troch. alhand. gr. I. M.

Decoct. Timæi purg. §. 6. Laudabile etiam decoctum purgans humorem melancholicum *Timæi:* (w)

℞. Decoct. præpar. melanchol. libr. I. & ſem.
fol. ſen. ſ. ſt. dr. V.
gialap. gummoſ. dr. II.
rad. helleb. n. vino probè ablut. dr. III.
cort. citr. recent. dr. II.
zingib. alb. ſcrup. II.
cinam. acutiſſ. ſcrup. IV.
Stent in infuſ. per noct. Mane coq. & expr. In colat. diſſolv.

Sir.

(w) l. c. p. 408. Conf. L. I. caſ. 14.

Sir. de fumar. comp.
polypod. an. unc. II. M.

§. 7. In *melancholia hypochondriaca* à mensibus oppressis *Rolfinc.* (x) post pulveres præscribit potionem hanc: *Potio Rolfinc.*

℞. fol. fumar.
matricariæ
menth.
absinth. an. Pug. III.
rad. polypod. unc. I.
fl. chamom. Rom.
sambuc. an. pug. II.
fol. sen. alex. s. st. unc. sem.
cryst. tart. rub.
Gialap. pulv an. dr. I.
Concis. & cont. coq. in s. q. aq. font.
Col. unc. IX. adm.
Sirup. byzant.
oxym. Julian. an. unc. I. D. auch dreimahl.

CAPUT IV.

DE USU JALAPÆ IN APOPLEXIA.

§. I.

Enientia, ἐκκοπρωτικὰ, saluberrima inprimis & necessaria sunt iis, qui apoplectico tacti fuêre fulmine, quòd ordinariè alvum pigriorem habeant, & inde accumulentur halitus vitiosi. D. *Georg. Henr. Bachov.*, Medicus Ducalis Saxo-Gotharus, Amicus noster, (y) hasce format pilulas: *(4.) In Apoplexia.*

K ℞. MP.

(x) L. II. consil. 7. (y) in disp. inaug. de h. m. c. 8. p. 35.

Pilul. ℞. MP. de succin.
aloët. an. scrup. sem.
extr. castor.
resin. gialap. an. gr. VI.
M. f. c. tinctura tartar. pil. S. Lind-Pillen.

Pulv. D. *Michaël* in *Colleg. MS.* citato præscribit pulverem:

℞. *rad. Jalap.* scrup. I.
scamm. sulfur. gr. VI.
ol. still. majoran. gutt. II. M.

Pilul. Jüngken. §. 2. Salutares etiam pilulæ *Jüngkenianæ:* (z)

℞. Gumm. ammoniac. dr. I.
myrrh.
resin. Jalap.
diagrid. per decoct. liquirit. depurat. an. scrup. II.
sal. volat. succin. dr. sem.
ol. succin. gutt. X.
f. pilul. LXXX.

Dos. à VII. IX. ad XI. &c. singulis mensibus bis,

Easdem habet *Waldschmidius*, paucis immutatis.

Gockelianæ. Vel *Gockelianæ:* (a)

℞. Extract. panchym. Croll. scrup. I.
pil. aur.
coch. an. scrup. sem.
mag. Jalap. gr. V.
f. c. aq. ceras. nigr. pil. XXIII. pro una dosi.

§. 3. Cartesiani primas repurgant vias ab infarctu, dato in eum finem minorativo, deinde sanguinem crassum viscidumque corrigunt, alterant & fluxilem

(z) Modern. prax. vade mecum p. 34. (a) conf. med. 53. p. 529.

fluxilem reddunt per alterantia & incidentia cephalica & aromatica, nervoso generi maximè amica. Præparatum ita humorem evacuant;

℞. Extr. panchymag. scrup. I. *Alia.*
mag. Jalap. gr. X.
ol. succin. gutt. II M. f. pil. pro una dosi.

Porrò quid faciant, vid. apud *D. Dolæum* (b)

§. 4. Ad præservationem ægri à novo paroxysmo apoplectico *Rolfinc.* (c) dabit potiunculam: *Potiuncula.*

℞. aqu. salv. unc. I.
cinamom. unc. sem.
Tinct. Jalap. dr. I.
crystall. tart. gr. VIII. (gr. X.)
ol. cinamom. gutt. II. M. pro dosi.

§. 5. Vir quidam septuagenario major, plethoricus, subito prehensus resolutione lateris & convulsione totius, excepto capite, summa cum pectoris angustia, mente & linguâ vacillantibus, ita ut jam jam exspirare videretur. Vocatus D. *Ridlin.* (d) mox sanguinem è sinistro brachio liberaliter detraxit, ubi intra horæ quadrantis spatium terribile hoc symptoma remissius factum, ratio rursus promta, manente paralysi in dicto brachio & pede lateris dextri. Medicus apta opposuit remedia, idque effecit, ut tertio jam die manu æger rursus uteretur pro lubitu, pedique insisteret. Palpitationes autem vellicationesque in partibus musculosis subinde apparentes sustulit pilulis, haud neglectis tamen aliis, quæ ratio dictitabat & experientia. *Observ.*

℞. MP. antipodagric. gr. XII.
extr. cochiar.
castor. an. gr. III.
mag. Jalap. gr. VI.

(b) l. c. L. I, c. XI, p. 195. (c) L. II. consil. 17. (d) C. III. obs. 98.

ol. ſalv. deſtill. gt. II.

c. aq. ceraſ. n. f. pil. XXV. D. pro una doſi.

§. 6. Ante biennium *Andreæ Cranichfeldio*, amico veteri, dedi hauſtulum:

℞. Extr. panchym. Croll. ſec. deſcript. ſcrup. I.

helleb. nigr. gr. IV.

mag. Jalap. gr. IV.

troch. alhand. gr. I.

Aqu. fl. lil. convall. c. vin. deſt. unc. II.

cinam. ſimpl. unc. ſem.

ol. ſtill. ſuccin. gutt. II. M. F. H.

A quo ſufficienter & ex voto purgatus, ut ſua ſponte reiterari juſſerit. Hoc verò ſpecioſiſſimè laudavit.

Vngvent. ℞. ol. laurin.

rut.

junip. an. unc. ſem.

philoſ. dr. II.

lumbric. comp. unc. I.

ſtill. ſuccin. ſcrup. ſem.

ſalv.

majoran. an gutt. VI.

Pingued. caſtor. dr. I.

cer. q. s. f. ungvent.

Quô mane ſeroque brachia pedesque inunxit, fricatis iis priùs pannis calidis.

CAPUT V.

DE USU JALAPÆ IN PARALYSI.

§. 1.

(5.) *In paralyſi.* IN paralyſi linguæ & aſthmate ex ira *D. Birling*, Amicus venerandus, (e) hanc ordinabat potionem:

℞. Si-

(e) C. I. Advenſ. curioſ. num. 31.

℞. Sirup. de spin. cerv. dr. VI. **Potio,**
ros. solut. unc. sem.
pulv. rad. Jalap. scrup. I.
diagrid. gr. III.
tart. vitriolat. scrup. sem. M. f. H.

Alius præscripsit:

℞. *Mag. Jalap.* scrup. sem.
aqu. cinamom. spirituos. q. s.
solut. add. sir. corall. ad grat. M.

§. 2. In causa serosa & pituitosa *Frid. Kaltschmied* (f) dat seq. pulv. **Pulv.**

℞. *Rad. Jalap.* scrup. I.
crem. tart. gr. VIII.
diagrid. gr. IV.
oss. human. calcin. g. II. M.

Paralytico post apoplexiam dabit *Rolfinc:* (g)

℞. *pulv. gialap.* scrup. sem. **Bolus.**
mercur. vit. gr. VII.
mag. corall. gr. V.
cons. fumar. q. s.
elix. citr. parùm, M. f. bolus, S. Brech-Zucker/

Et pulverem hunc:

℞. *Gialap. resin. nigr.* scrup. I. **Pulv.**
magist. corall. gr. III. M.

§. 3. Puellæ septenni ex subitaneo terrore aphonæ & paralyticæ D. *Eberhard Gokel*, Archiater Würtenberg. & Reip. Ulmens. Phys. ord. Amicus honorandus, dedit potiunculam unicâ vice exhauriendam.

℞. *Mag. Gialap.* gr. VII. **Potiuncula.**
tart. emet. Myns. gr. I.

(f) in disp. inaug. de h. m. Jen. 1665. p. 28. (g) L. II. cons. 19.

nucl. pin. num II.
Julap. rosar. unc. sem.
aq. ceras. n. dr. VI. M. f. P.

Et, præter hanc, apozema purgans, *Jalapâ* nostrâ insigne. At videsîs ipsum. (h)

§. 4. Nobilis Præfectus LX. annorum apoplectico-paralyticus obtinuit à *Thonero* (i) drachmam unam sequentis pulveris, largâ subsequente evacuatione, cum notabili allevatione;

Pulv. ℞. fol. sen. s. st. unc. II.
Rad. Jalap. unc. sem.
diagrid. præp. dr. III. & sem.
crem. tartar. dr. II. & sem.
cinamom.
anis. an. dr. I.
caryoph.
zingib. alb. an. dr. sem. f. pulv.

In affectibus capitis & ventriculi ad phlegma removendum utilissimus est.

Obs. §. 5. Quomodo adolescens, cum Exercitu Brunsvicensi in Pannoniam abiturus, à paralysi scorbutica liberatus sit, fusiùs dictum est alibi. (k) Varia inter pulv. ex

Rad. Jalap. scrup. I.
cryst. tartar. gr. VIII.
troch. alhand. gr. III.
tart. vitriol. gr. IV.
ol. still. anis. gutt. I. M.

opem mihi tulit fideliter. Sit nomen Domini benedictum!

Pilulæ *Dürrianæ* in stupore brachii hæ:

℞. extr. spagir. coch.
arthritic. an. scr. I.

mag.

(h) consil. Med. 57 p. 541. seq. (i) epist. med. 14. p. 51. (k) tr. m. de Salvia S. II, membr. 4. c. 7.

mag. Jalap.
scammon.
sal. vol. succin. an. scr. sem.
c. ess. castor. f. pil. num. LX.
ntilianæ in paraplegia dextri brachii hæ:
℞. MP. de succin. Crat. scr. I.
extr. troch. alhand. gr. IV.
mag. scammon. & *Jalap.* an. gr. VI.
c. aq. beton. f. pil. XXX. pro I. dosi.

CAPUT VI.

DE USU JALAPÆ IN INCUBO.

§. I.

SI causa mali in mesenterio hæreat, vix promtiùs expuleris quàm *Jalapâ.* Omnibus quippe purgantibus palmam præripit, censurâ *Wedelianâ.* (l) Rectè igitur Nicolaus Apffel corpus suum radice hac & trochiscis alhandalinis crebriùs purgabat. (m) Ad primarum viarum evacuationem, sarcinæ impurioris aliorsum diversionem, & cacochymiæ, extra vasa potissimum consistentis, depletionem, alius præmisso leniente dedit: (6.) *In incubo.*

Pulv.

℞. cryst. tart.
tart. vitriolat. martial. an. scrup. sem.
mag. Jalap. gr. II.
ol. macis gutt. I. M. pro dosi.
Et: ℞. pulv. laxativ. vegetabil. scrup. I.
magist. lap. lazul. scrup. sem.
resin. Jalap.
scammon. an. gr. III. M. f. pulv.

(l) disp. de Incubo Jen. 1678. p. 17. (m) Vid. lycograph. m. S. III. c. 1. §. 6. p. 137.

Nodulus. §. 2. Doctissimus *D. Peterman*, Prof. Lipsiensis, (n) *nodulum* conficit ex

℞. fl. tiliæ
lil. convall. an. pug. II,
rad. cichor.
jalap. an. unc. sem.
fol. sen. alex. s. st. unc. I.
sem. pœon. unc. III.
passul. min. dr. IV.
cryst. tart. dr. II.
f. l. a. nodul. S. Purgirender Kräuter-Püschel zu einer Kannen Wein.

Et pilulæ. §. 3. *Pilulæ* ejus sunt:

℞. MP. ex ✻ c. Quercet.
succin. Craton. an. dr. sem.
resin. Jalap. gr. XV.
diagrid. gr. VIII.
c. s. q. elix. propr. sine acid.
f. l. a. pilul. no. XC. S.
Präservirende Pillen wöchentlich zweymal des Abends 15. pro dosi zunehmen.

Vel: ℞. MP. de succin. Crat. gr. XII.
resin. Jalap. gr. II.
diagrid. gr. I.
c. ess. castor. gutt. I. f. pil. num. XV. S.
Präservirende Abend-Pillen auff einmahl.

Morsuli. §. 4. Si *morsuli* arrideant, cape *Rolfinccianos.* (o)

℞. *Gialap.* scrup. I.
pulv. polychrest. Rolfinc.
extr. helleb. nigr. an. gr. II.
sacch. in aq. cich. & menth. q. s. sol. unc. I. f. s. a. morsul. S. Purgier-Morsellen.

CAPUT

(n) disp. de Ephialte th. 46. Lips. 1688. (o) L. II. consil. 10.

CAPUT VII.
DE USU JALAPÆ IN EPILEPSIA.

§. 1.

Cum plerunque in adultis pariter ac juniori- bus *vermes* in hoc affectu suspecti sint, pru- enter sanè elegantiores Medici talia semper im- niscent, quæ colluviem *animatam* enecant simul c expellunt. Celeberrimus ergò *Höferus* (p) rusti- o cuidam bono cum effectu porrexit sequentem ulverem : *(7.) In epilepsia.*

℞. Spec. diaturbit cum rhabarb. scrup. I. *Pulv. Höferi.*
pulv. rad. Jalap. dr. sem.
gumm. gott.
tart. vitriolat. an. gr. VII.
spirit. Vitriol. coagulat. g. V. M.

D. *Michaël* (q) præservationis gratiâ extra pa- roxysmum varia dabit purgantia, interque ea seqq.

℞. *pulv. rad. Ialap.* scrup. I. *D. Mich.*
scammon. sulfurat. gr. VI.
fœcul. pœon. g. III.
cryst. min. Saturn. gr. III. S. Purgier-Pul- ver auff einmahl.

℞. *Rad. Ialap.* scrup. I.
scammon. sulfurat. gr. VI. M. f. Pulv.

Rolfincii talis est : (r) ℞. Agaric. trochisc. scrup. sem. *Rolfinc.*
gialap. nigr. resinos. scrup. I.
ol. cinamom. gutt. V. F. pulv.

Simon Zeitler (s) habet hunc : ℞. Tart. Vitriolat. scrup. I. *Zeitleri.*

(p) in medicam. familiar. p. 629. (q) in Colleg. MS. Jonston. ad c. de h. m. (r) L. II. consf. 13. & 14. (s) in ægro suo epileptico Jen. 1673. B. 3.

sal. fumar.
rad. Gialap. præp. an. scrup. sem. M.

Völkeri. *Völckerianus* hic: (t) ℞. Mercur. dulc. scrup. I.
resin. Jalap. scrup. sem. M.
F. pulv.

Vel: ℞. pulv. mechoacan.
jalap. an. scr. I.
diagrid. sulf. gr. VI.
pulv. castor. gr. IV.
ol. anis. g. II. M.
F. P. pro dosi.

Puella XI. annorum conquerebatur de abdominis duritie, esurie continua, somno inquieto, epilepsia tandem, maximè nocturno tempore, ad illum ferè modum, quem describit *Hartmannus* de *verme cordis* & *Gabelcoverus*, comprensa; cui D. *Ridlin.* (u) varia inter quoque præscripsit pulverem ex

Ridlini. *Gialap. resinos. nigr.* scrup. I.
cholag. simpl. gr. VII.
caryophyll. gr. III. M.

Observ. Ejectoque *verme rubro cum rostro acuto*, spithamæ longitudine, ab interitu redemta est. Typographus in novilunio morbo hoc corripi solitus, tribus antè diebus accipiebat à me sequentem pulverem:

℞. *pulv. rad. Jalap. resinos.* gr. XXIV.
crem. tart. scrup. I.
lap. cancr. præp. gr. VI.
sal. volat. succin. gr. IV.
diagrid. corr. gr. III.
ol. destill. lavend. gutt. II. M. F. P.

Verè;

(t) disp. inaug. de h. m. Erfurt. 1688. (u) C. III. obs. med. 42.

cè: ex voto & supra istud satis mihi fecit ægro-
aroxysmo notabiliter imminuto, quem post-
ei gratiâ, paucis remediis totum profligavi-
E tripode *Wedelius* noster, Medicus λόγῳ
ἔργῳ Excellens, (w) ita differens: *Epilepsia*
cere Gialapam, *facilè persvasum est illis, qui ex*
ri experientia deprehenderunt, herculeum hoc
m non aliis æquè quàm heroicis remediis, eme-
& purgantibus tolli posse præcipuè si exquisita,
cata fuerit. Hinc experientiâ laudatâ con-
vacuatione per gialapam *annuo spatio bis, ter,*
r repetita, vel pro re nata cum emetico interpola-
lepticos insultus conquievisse, neque facilè repe-
etiam illos, qui Lunæ quadris ordinariè observa-
ur prius, vel saltim mitiores & rariores hinc
accessiones. Tantum est scilicet lymphæ illi-
rimoniæ, bilisque ferocientis, aliorumque simili-
eccantium humorum obtinuisse domitorem.

2. *Vinum antepilepticum* purgans D. M. a- *Vinum.*
Birlingium (x) hoc erat:

. Rad. pœon. justo tempore collect. unc. II.
herb. primul ver. Man. I.
fl. pœon.
lil. convall.
tiliæ an. pug. III.
Visc. querc. unc. sem.
rasur. cran. human.
agaric. albiss. an. dr. VI.
rad. helleb. nigr. unc. I.
gialap. unc. sem.
cardamom.
cubebar. an. dr. I. & sem.

sem.

(w) disp. de Jalap. c. VI. p. 24. (x) in app. var. me-
m. p. 10.

sem. pœon. dr. I.
asperg. spiritu antepilept. F. l.a. nodulus.

Potio. §. 3. *Potio Völckeriana* hæc: (y)
℞. aqu. fl. pœon. unc. I.
epilept. Lang. dr. sem.
pulv. rad. Jalap. nigr. resinos. scrup. I.
diagrid. rosat. gr. II.
Sir. ros. sol. dr. I. & sem. M. F. P.

In epilepsia & insigni pruritu à scabie retropulsa utilis hæc:
℞. Merc. dulc. rit. par. gr. VIII.
Jalap. resinos. gr. VI.
sir. de cich. c. rhab. dr. III.
fumar.
aq. cinam. an. dr. I. M.

Emulsio. §. 4. Ejusdem *emulsio* ita paratur: (z)
℞. aqu. fl. tiliæ unc. I.
resin. Jalap. gr. XII.
c. pauc. vitell. ovi, vel amygd. III. seu IV.
f. l. a. emuls.
sacchari momento dulcoranda S. Purgier-Milch.

§. 5. D. *Milhaël* (a) format tales pilulas:

Pilul. D. Mich. ℞. Pil. coch.
aur. an. scrup. sem.
résin. Jalap.
scammon. sulfurat. an. gr. VIII.
c. ol. rut. f. pilul. asperg. pulv. March. S. Pillen auff einmahl.

Iüngken. D. *Jüngken* (b) commendat has:
℞. aloës succotr. dr. VI.
mag. Ialap.

troch.

(y) l.c. (z) l.c. (a) l.a. (b) vid. Med. præs. seculo accommodand. Part. II. S. I. c. 7. p. 545. seq.

troch. alhand. an. dr. I.
storac. in gran. elect.
extract. castor.
lign. aloës an. dr. sem.
succin. pulv. dr. II.
doronic. pulv. scrup. II.
ol. still. succin. gutt. VI.
c. elix. propr. rhabarbarisato & aq. Anhalt.
f. s. a. Mass. pilul.
Dos. à scrup. sem. ad dr. sem.

D. F. H. ℞. ladan. depurat. dr. I.
extr. MP. coch. scrup. I.
succin. alb. præp. scrup. sem.
sal. volat. succin.
sangv. human. volat. an. gr. XII.
resin. Ialap. scrup. I.
moschi gr. V.
ambr. gr. VII.
f. c. aq. tiliæ pilul.

Dos. à scrup. sem. ad scrup. I. mane ac vesperi
e lecti ingressum, in catarrhis absumendis, &
epsia præcavenda.

Si flatus præsentes pituitam viscidam adesse de-
nent, omissis vomitoriis exagitantibus, viscidum
ad liquetur & eliminetur sequentibus pilulis
n mercurio dulci semper conjunctis. (c)

℞. Extr. helleb nigr. scrup. sem.
troch. alhand. gr. II.
resin. Ialap. gr. VI.
Mercur. dulc. gr. II.
c. essent. myrrh. f. pil. no. XV. pro dosi.

Vel

(c) ejusd. vade mecum p. 100.

Barbett. Vel devora *Barbettianas*: (d)

℞. Extract. rhei (e)
resin. Jalap.
aloës lucid. an. gr. VI.
sal. succin. (volat.) gr. III.
ol. lavend. gutt. II. f. pil. num. IV. Deaurent. pro una dosi.

Observ. Laboraverat quædam annos circiter XX. nata per integum annum motibus epilepticis, non quidem vehementibus, sed à septima matutina in hor. nonam vespertinam durantibus, cum spuma oris sine loquela sensuumque manifesto usu. Menstrua nihilominus justo tempore & modo fluebant, noctuque comedebat, loquebatur bibebatque, sed parcè. Præscripsit ei *Barbette* (f) pilulas pro una dosi:

Pilul. ℞. Castor.
sal. artemis. an. gr. IV.
resin Jalap gr. VI.
aloës succotr. gr. IX.
ol. majoran. gutt. II.
M. f. pil. num. V. Deaurent.

Pro voto ab his purgata: Usa deinde bis quotidie haustulo sequenti;

℞. Saponis Hispan. albiss. dr. sem.
coq. ex lact. vaccin. &
Colat. unc. III. D. usui.

Quô remediô assumtô paroxysmus indies gradatim, de hora in horam, ita imminutus est, ut trigesimo die plenissimè curata exierit & manserit restituta. Nec aspernabimur *Deckerianas*. (g)

Deckeri.

℞. Gumm.

(d) L. I. Prax. med. c. 1. p. 11. (e) quod est mechoacann. Vid. Frid. Hofm. L. I. M. M. c. 8. p. 92. (f) l. a. p. 14. (g) in not. ad l. c. Barbett. p. 16.

℞. Gumm. ammon. aq. ros. solut. dr. sem.
myrrh. elect.
resin. gialap.
scammon.
vitriol. martis ad albedin. calcin. an. scrup. I.
croci scrup. sem.
ol. succin. gutt. VIII.
M. f. pil. num. XI. Deaurandæ & pulv. cinam. consperg.

Vel: ℞. extr. helleb. nigr. scrup. sem.
resin. Jalap. gr. VIII.
acid. tartar.
castor. an. gr. VI.
ol. rorismar. g. II.
M. f. pilul. XIII. D. pro dosi.

§. 6. Gratum quoque *conditum Barbettianum*: (h) *Conditum.*

℞. Elect. è succo ros. unc. I.
Pulv. rad. Ialap. dr. I.
sp. salis rectif. scrup. I.
ol. rorismar. gutt. VIII.
F. conditum molle.

Quo de sumat æger nucis moschatæ magnitudinem ter quaterve in hebdomade. Vicem spirit. salis commodiùs supplebit sp. sal. armon. aliusve salis volatilis oleosi.

D. *Schuchman* commendat emuls. multoties cum successu à se expertam:

℞. *resin. Jalap. gr. V.*
Subig. c. vitell. ovor. & aq. cham. Rom. dilue, & da cochleatim successivè.

§. 7. Laudabilis quoque *bolus Dolaanus*, (i) in epilepsia *Bolus.*

(h) l. c. (i) l. c. L. I. c. 9. p. 155.

pilepsia hypochondriaca extra paroxysmum offerendus:

℞. Mercur. dulc. gr. XII.
resin. Jalap. gr. VI.
cran. human. præp. philos. scrup. I.
Tinct. succin.
castor. an. gr. V.
cons. fl. pœon. dr. II. M. F. bolus.

Vel: ℞. *Resin. Jalap.* scr. sem.
merc. dulc. gr. XV.
castor. gr. III.
cons. fl. pœon. dr. I.
f. bolus.

Clysma cum *Jalapa* dabit *Grüling P. VI. Florileg. chym. c. 32*, & Rolfinc. L. II. cons. 15.

CAPUT VIII.
DE USU JALAPÆ IN SPASMO, CONVULSIONE ET LETHARGO.

§. I.

(8.) *In spasmo, convulsione & lethargo, Potio,*

IN tortura oris primò à convulsionibus, postea à resolutione orta, quidam apud *Birlingium*, (k) ad evacuandos superfluos humores pituitosos, hanc hausit potionem:

℞. fol. sen. alex. s. st. dr. II.
rad Ialap.
agaric. albiss. an. dr. I. & sem.
sem. anis. dr. sem.
Inf. in vin. Rhen. opt. unc. IV.

Item

(k) C. I. Advers. curios. num. 7.

stent per noct. Mane colent.

Colat. add. sir. de cinamom. D. pro dosi.

Femina quinquaginta annorum subitò delirare linguaque resolvi incipiebat, mox insequente sopore, calore p n. & oblivione ferè omnium, per intervalla tamen adstantes cognoscebat rursus, quandoque etiam rectè loquebatur, præscripsit ei inter alia *Ridlin*, Senior (l)

℞. *pulv. Gialap.* scrup. I.
croc. metallor. gr. III.
mell. ros. solut. unc. sem.
aq. fœnic. & ceras. n. an. unc. I. & sem. M.

Atat negligentiâ adstantium, cunprimis mariti, qui omnem medelam in vino quærebat, ipsa fatis cessit. Haustulus *Rolfinccianus* hic: (m)

℞. Decoct. fol. sen. unc. III.
sir. ros. solut. unc. sem.
spec. *diajalap. Mynf.*
essent. elater. an scrup. I.
elæosacch. cumin.
fœnic. an. g. III. M.
D. pro dosi

Vel: ℞ sir. Rad. 5. aperient. unc. I.
sir. de 4. fl. cord. unc. sem.
extr. rhab. g. VII.
resin. Jalap. cum
sp. vin. in mort. trit. g. XIV.
elæosacch. fœnic. g. III. F. potio. (n)

§. 2. Promet etiam in spasmo *cerevisiam medicatam* Idem *Rolfinc.* (o) *Cerevisia medicata,*

℞. Rhabarb. alex. unc. I.
gialap. unc. I. & sem.

L agaric.

(l) C. III. obs. 21. (m) L. III. consf. 5. (n) Id. L. II. consf. 14. (o) loc. jam cit.

agaric. alb. recenter troch. dr. III.
cinam.
zingib. an. scrup. sem.
D. concis. & cont. zum Laxier-Bier.

§. 3. Pro *carotico* ordinat Idem (p) emeticum:

Pulv. ℞. Ros. vit. mineral. g. VIII.
Gialap. pulv. g. V.
elæosacch. citr. g. III. D. Brech-Pulver.

℞. *Pulv. rad. Jalap.* scrup. I.
scammon. sulfurat. gr. V.
ol. stillat. majoran. gutt. II. M. Haupt-Pulver auf einmahl.

Vel: ℞. cryst. tart.
Jalap. resin. an. scrup. sem.
elæosacch. cinamom. g. VII.
M. F. pulv. D. in convulsione. (q)

Vel: ℞. *Resin. Jalap.* gr. XII.
castor. pulv. gr. X.
sal. volat. succin. gr. IV.
ol. succin. gutt. I. M. F. pulv. pro dosi.

Pilulæ. §. 4. Extra paroxysmum haud inutiles forent *Pilulæ* in *lethargo*, quas Junior *Volckamerus* affert: (r)

℞. MP. tartar. Bontii scrup. I.
resin. Jalap.
sal. volat. succin. an. gr. IV.
tartari gr. II.
ol. still. majoran. gutt. I.
M. c. tinct. Castor. & succin. f. pilul. XV.
D. quinque pro una dosi.

Rolfincciana hæc sunt: (s)

℞. Extr. panchym. Croll. gr. XV.

resin.

(p) L. II. consi. 21. (q) L. II. cons. 14. (r) disp. inaug. de h. m. th. 30. Altdorf. 1684. (s) L. II. consult. 5. p. 93.

resin. Jalap.
scammon. an. g. VI.
ol. majoran. gutt. I.
M. f. Pil. D. pro dosi.
Vel : ℞. Extr. MP. aurear.
arabic. an. g. VII.
Mag. rad. jalap. g. III.
ol. still. majoran. gutt. II.
F. pil. VI. (t)

In simili affectu CL. *Verzascha* alia inter hasce dedit: (u)

℞. Extr. pilul. aurear. scrup. I.
mag. rad. Jal. gr. V.
ol. succin. gutt. II. F. pil. deaur.

§. 5. Puellus biennis caput ad humerum dextrum inclinabat, vegetus aliàs, & licèt spontè illud rursus erigeret, videbatur tamen id citra dolorem non fieri. Cumque malum in musculis latitare putaret Medicus *D. Ridlin.* (w) bis eum purgavit, aliaque roborantia & exsiccantia præscripsit, nec non collare ex corio & ossibus sepiæ, quod caput erectum servaret, paravit. Purgans erat hoc : *Observ.*

℞. *Mag. Jalap. resin. nigr.* scrup. sem. *Lambile.*
diagrid. corr. gr. II.
sir. viol. laxat. dr. I. & sem. M. f. lambile.

§. 6. Vin' *bolum ?* capias velim hunc : *Bolus.*

℞. Conserv. fl. anth.
primul. ver. . dr. sem.
resin. Jalap gr. VIII.
scammon. sulfurat. gr. IV.
spirit. rut. gutt. VI. f. bolus.

Vid sîs etiam sirupum *Rolfinccianum* l. c. c. 6. & Conserv. ejus L. II. consil. 21.

(t) Id. L. II. consil. 14. (u) obs. med. 42. p. 96. (w) C. III. obs. 91.

CAPUT IX.

DE USU JALAPÆ IN MEMORIÆ LÆSIONE.

§. 1.

(9.) *In memoria læsione.*

HUmoribus ritè præparatis, purgantia catè & sobriè adhibeat Medicus, incipiendo semper à mitioribus, queîs si nihil efficiat, fortiora eligat. Abstineat autem, quæso, ab iis, si memoriæ læsio ab inanitionibus, nimiis studiis, vigiliis &c. proveniant. Næ in exantlanda pituita vitrea arcani instar erunt *Pilulæ Sylvianæ.* (x)

Pilulæ Sylv.

℞. Gumm. galban. acet. scyllit. præp. scrup. I.
vitriol. martis ad albedin. calcin. lentè,
mastich. elect. an. scrup. I.
castor. opt.
myrrh. rubr. an. gr. XV.
croc. orient. scrup. sem.
troch. alhand. dr. I.
resin. Jalap,
scammon. an. scrup. I.
ol. citr. gutt. VI.
M. f. pil. num. 50.
Deaurent. seu pulv. glycirrhiz. consperg.

Dos. num. III. V. vel VII. quæ sumantur per aliquot dies mane aut pomeridie, seu ante lecti ingressum, donec evacuatio sufficiens subsecuta fuerit. Vel:

℞. MP. de hier. c. agaric.
extr. agaric. an. scrup. sem.
troch. alhand. gr. III.
resin. jalap. gr. IV.

ol

(x) l. I. Prax. med. c. 14. §. 50.

ol. lign. ſaſſafr. gutt. I.
M. f. c. elix. cephal. Pilul. (y)

§. 2. Præſertim initio veris, quod anni tempus huic negotio aptiſſimum eſt, aſſumenda erit lenis purgatio majalis, ſuadente D. *Petro Laurenberg. in Mnemonica Ciceronis*, (z) eaque oontinuari per triduum debet, ut omnis ſaburra humorum ex inferiori corpore eliminetur. Cui intentioni hic pulviſculus inſerviet:

℞. Acid. tartari ſcrup. I. *Pulv.*
gialap. reſinos. ſcrup. ſem.
reſin. gialap. gr. II.
ſcammon. gr. I. M. f. pulv.
D. pro una doſi in decocto prunorum.

Vel: ℞. *pulv. gialap.* ſcrup. I.
ſcammon. ſulfurat. gr. VIII.
arcan. duplic. Mynſ. gr. VI.
ol. cinamom. gutt. I. M. F. pulv.

§. 3. Præ ceteris tamen laude digni *noduli*, cùm unâ fideliâ duos dealbent parietes, unà cum purgantibus ſimul præparantia & alterantia complectentes. Formula *Vogeliana* in elegantiſſima *Mnemoſynologia* hæc eſt: (z)

℞. Rad. acori veri *Nodulus.*
ariſtoloch. rot. an. dr. II.
H. meliſſ.
majoran.
betonic.
hyſſop. an. Man. ſem.
fl. anth.
lil. convall.

 ſtæch.

(y) Vid. Maley ægrum h. m. laborant, Jen. 1696. (z) Vid. onet. Med. Septentr. collat. L. I. S. 9. c. 6. p. 92. (z) c. 8. membr. 2. art. 1. p. 91. ſeq.

stæch. Arab. an. Pug. II.
sem. fœnic.
coriand. præp.
siler. mont.
cinamom. an. dr. I.
zingiber. dr. sem.
fol. sen. s. st. unc. I.
agaric. rec. troch. dr. III.
Gialap. nigr. resinos. unc. sem.
crem. tart. dr. I.
Concis. & cont. grosso modo includ. sindon. rubr. D. in chart. S. Alterier- und Hirn-purgierende Species.

Quibus infund. libr. II. vini Francici & libr. I. aqu. betonic., stent per noct., bibatur mane & pomeridie bonus haustus. (a)

Observ. §. 4. Pl. Rev. Dn. *Georg. Brabeck*, Decan. Eccles. Collegiat. Hiixar. ad D. Petr., Vir simplex & rectus, amicus noster colendus, per fluvium aliquando, equitaturus labitur in eundem. Ex quo terrore & frigore gravissimam sibi contraxit febrim, cum notabili *memoriæ læsione*, ut munere suo amplius fungi nesciret. Quî verò restitutus sit, diximus alibi, (b) *Jalapâ* ubivis in auxilium vocatâ. Huic junge memorabilem historiam de omnimoda *memoriæ abolitione* ex casu de curru, remanente tamen intellectu integro. (c)

CAPUT

(a) Add. Rolfinc. L. II. cons. 5. (b) tr. de salvia P. I. membr. I. c. 6. p. 83. (c) Dec. II. Eph. ann. VIII. obs. 147.



CAPUT X.

DE USU JALAPÆ IN VIGILIIS NIMIIS.

§. 1.

Soepissimè observavi, (sunt verba *Wedeliana*, (d)) *vigilias infantum cum clamoribus torminibusque conjunctas, absque diarrhæa, omnium felicissimè sublatas datâ mechoacannâ vel* gialappâ. *Mirum est, quàm subitò obdormiverint in quietem dati, non aliter, ac si opiatum sumsissent. Et, ut hoc obiter addam, notandum est, infantes facillimè ferre purgantia, & ipsa etiam correctiora emetica. Dedi sæpiùs infantibus duorum vel trium saltim dierum laudatum modò* gialapium *ad duo, tria & quatuor grana felicissimo cum successu, hoc modo & somnum concilians inquietis, & humores leniter educens quod ipsum à variis symptomatibus eos præservat. Et quod majus est, certissimum, infantes hæc ipsa purgantia respectivè & proportionaliter longè commodiùs & in majori dosi, quàm adultos, ferre. Neque hæc eatenus solùm somnum conciliant, quia vapores & humores, à quibus spiritus lacessuntur, expugnant, quæ ratio est Th. Erasti* (e) *sed & aliis de causis* &c. (10.) *In vigiliis nimiis.*

§. 2. Memorabilis historia de vigiliis cum ejulatu diuturnis puellæ Augustanæ, quam D. *Velschius*, Amicus, dum viveret, candidissimus, consignavit, (f) exque eo *Bonetus* repetiit. (g) At memini, Optimum Virum etiam *Jalapam* in subsidium vocâsse. *Observ.*

 §. 3. Puel-

(d) Opiolog. L. I. S. I. c. 11. §. 9. (e) disp. de somno §. 79. (f) Dec. I. Eph. ann. VIII. obs. 36. (g) Med. Sept. L. I. S. X. c. I. p. 93.

§. 3. Puellus *Holschaminde*, quatuor dierum continuo ejulatu emaciatus, accipiebat sex grana *polychresta* nostræ *radicis*, à quibus leniter, at sufficienter repurgatus, expulso crassiori lumbrico. Ab isto momento quietior factus, matrem bellè emulsit. Lanio Isnacensis ultra octiduum ne tantillum quieverat, omnibus remediis frustrà adhibitis. Meam cùm posceret opem, sequentem aquam dedi optato cum successu;

℞ Aqu. viol. unc. I. & sem.
papav. errat. unc. I.
sir. fl. papav. errat. unc. sem.
ess. croc. gutt. IV. M. pro dosi.

Quies inde ex voto. Sequente aurorâ dedi *Rad. Jalap.* dr. sem. cum scrup. sem. tart. vitriol commixt., expulsisque quinque crassis longisque vermibus, rem suam denuò egit feliciter.

CAPUT XI.

DE USU JALAPÆ IN MANIA.

§. I.

(II.) *In mania,* LEnientia inter *Joann. Frid. Schröer* (h) habet;

Pulv. ℞. Crem. tartar. scrup. sem.
tart. vitriolat. gr. VI.
gialap. nigr. resin. gr. VII.
elæosacch. anis. gr. III. M.

Vel; ℞. *Essent. Jalap.* dr. I.
sir. viol. q. s. D.

Fortiora inter verò:

Pilul. ℞. Mercur. dulc. gr. XV.

ettr.

(h) disp. de h. m. habit. Erfurt, 1695. th. 50.

extr. helleb. n. ſcrup. ſem.
reſin. Jalap. gr. V. M.
f. c. tinct. tartar. q. s. pil. XIX. F.

Vel : ℞. *Rad. Jalap.* ſcrup. ſem.
reſ. ſcammon.
criſt. tartar. an. gr. VIII.
f. c. mucilag. tragac. ſacch. probè ſaturat. Pilul. no. XV.

Vel : ℞. *rad. Jalap. nigr. reſinos.* ſcrup. I. **Pulv.**
ſcammon. ſulfurat. gr. VII.
elæoſacch. citr. gr. IV. D.

§. 2. Ad debitam ſanguinis fermentationem reſtituendam in hoc morbo omnia conducunt *chalybeata*, inprimis *Tinctura Martis Ludoviciana*, interpoſito cathartico ſequente, aut ſimili :

℞. *Reſin. Gialap.* gr. XV. **Emulſ.**
vitell. ovi tantill. ſolv.
add. aqu. epilept. Lang. dr. I. & ſem.
anagallid. unc. I. M.

§. 3. Monacho ab hoc malo redemto, ad inhibendam recidivam ſingulis menſibus ſequentes pilulas dedit *Verzaſcha* : (i) **Pilula.**

℞. Extr. pilul. tartar. Quercet. ſcrup. II.
catholic. dr. ſem.
helleb. nigr. ſcrup. I.
Mercurii dulc. ſcrup. II.
mag. rad. Gialap. ſcrup. I.
ol. majoran. gutt. VIII.
M. f. pilul. ex ſcrup. I. num. XIII.
Deaur. & conſperg. pulv. cinamom.

§. 4. *Rolfinc.* pro *maniaco* ex amore inſano tale **Vinum.** præſcribit vinum : (k)

℞. rad. polypod.

(i) obſ. med. 95. (k) L. II. conſ. 9.

cichor. an. unc. sem.
H. fumar.
anagallid. purp. an. Man. I.
sem. anis.
dauci an. dr. I.
cort. rad. cappar. dr. II.
helleb. nigr. dr. sem.
gialap.
turpeth. an. dr. III.
sal. tart. dr. I.
spirit. Vitriol. scrup. sem. S.
Species zum Laxier-Wein.

Potiuncula *Waldschmidiana* hæc:
℞. *Resin. Jalap.* gr. XV.
Vitell. ovi tantillum,
solve exactè & adde
aqu. epil. Lang. dr. I. & sem. M.

CAPUT XII.
DE USU JALAPÆ IN CATARRHIS.

§. I.

(12.) *In Catarrhis.* PRæmissis, seu tamen admixtis simul præparantibus, cùm viscidiores humores promtè sese ejici haud patiantur, acidi aut purgantium vim sæpè eludant, vel saltem non nisi cum gravi ægrorum molestia, & exquisitis torminibus evacuentur, inter tutissima & benignissima purgantia meritò eminet *Jalapa*. Παραδείγματα aliquot nobis dedit Solertissimus *Bernhardus Matthæus Franck*, Kiloniensis, (l) in dissertatione sua Inaugurali de *catarrho*.

℞. Crem.

(l) habit. Altdorf. 1698. p. 88.

℞. Crem. tartar. alcoholisat. scrup. I. *Pulv.*
pulv. rad. Jalap. gr. XVI.
diagrid. rosat. gr. III.
tart. Vitriolat. gr. V.
ol. dest. fœnic. gutt. I. M. f. pulv.

Vel: ℞. Crem. ♀
Puellus quinque dierum quiritando dies noctesque traducebat inſomnis. Tentârunt mulierculæ varia, licèt fruſtrà. Vocatus obſervavi, infantem manibus crebrò contrectare *ventriculi regionem*, quaſi demulcere vellet locum dolentem. Dedi IV. gr. *R. Jalap.* cum unico grano antim. diaphoret. purgatus ſufficienter conquievit poſtea, omni dolore ſublato. Notes velim, quæ ſupra (i) diximus ex *Wedelio*, qui etiam alibi ſic: (k) Obſervavimus in praxi, quòd infantes etiam 2. 3. dierum *commodiſſimè ferant purgantia* mitiora, v. g. mechoacannam & *gialapium*. (1.) Expurgatur inde meconium, pituita item conglobata & viſcida, ex lactis caſeatione v. g. reſultans, tormina ipſis ſœpè exhibens immania. (2.) quòd infantes, *pro-* Obſ.

portione

(h) l. c. p. 174. (i) L. II. Part. I. c. 10. § 1. (k) diſp. de purgant. ritè adhibend, c. 2. § 3.

portione ad alios habitâ & respectivè fortiori egeant dosi, quia calidum ipsorum est robustius, & humiditate copiosâ & eâ quidem miti ac blandâ, quâ pollent, purgandi & irritandi vis ferè obtunditur & diluitur. (3.) vidimus cum miraculo qs., quòd assumto purgante tali, resinoso v.g. *conquieverint iidem & obdormiverint sæpe non aliter, quàm si opiatum sumsissent*, etiam prius, quàm ipsum operatum fuerit per sedes, quod ipsum quoque quandoque à cinnabarinis notavimus. Hinc adeò lubentius exhibemus purgans, sed proportionatum, ipsi infanti, quàm nutrici, sæpè enim non nisi refractè operatur. Si in pica ab emetico non sentiat levamen æger, reliquiæ morbi tolluntur medicamentis ἐκκοπρωτικοῖς, eg.

Pulv. ℞. *Gialap. n. resin.* gr. XV.
tart. vitriolat. scr. sem.
gumm. gott. gr. III.
sal. menth. g. V. M.

§. 4. Nec fastidiendæ sunt *pilulæ Jüngkenianæ:* (l)

Pilulæ. ℞. Extr. absinth. scrup. sem.
colocynth. c. aq. s. sale tartari acuat. fact. gr. III.
diagrid. sulfurat. gr. IV.
resin. Jalap. gr. III.
castor. pulv. gr. VI.
laud. opiat. gr. I. & sem.
M. f. pil. pro dosi.

Vel *Richterianæ:* (m)

℞. MP. aur. & coch. an. gr. V.
extr. panchymag. gr. VI.

resin.

(l) Prax. med. p. 206. (m) disp. inaug. de cardialgia c. 9. Jen. 1671.

resin. Jalap. gr. III.
scammon. gr. III.
c. s. q. ol. fœnic. f. pil. no. XXV.
D. pro dosi.

§. 5. *Höferus* mulieri cuidam proceræ, & aliàs *Obs.* erisypelati obnoxiæ, de stomachi imbecillitate & febrili præludio lamentanti dedit: (n)

℞. Elect. de succo ros. unc. sem.
pulv. rhabarb. scr. I.
Jalap.
tart. Vitriol. an. gr. XV.
Dissolv. c. seri lact. unc. II. D.

§. 6. D. *Sam. Ledel.* (o) bolum exhibet: *Bolus.*

℞. Conserv. menth. dr. I.
pulv. Jalap. gr. XV.
diagrid. gr. VI.
fecul. ari gr. III.
M. f. c. sir. ros. bolus, asperg. pulv. trag. stomach. Quercet.
D. S.
Magenreinigender Zucker.

CAPUT II.
DE USU JALAPÆ IN NIMIA SITI, VOMITU, ET ARDORE STOMACHI.

§. 1.

IN πολυελισμῷ, cui, sat diu duranti, hydrops successit, inque hujus inappetentia *sitisque* molestia *Thoner.* (p) cum duabus unciis hydromell. simpl. exhibuit sequentem. pulverem. *(2.) In nimia siti, vomitu, & ardore stomachi.*

℞. Rad.

(n) l. c. p. 341. (o) disp. inaug. de Pica c. VII. art. 2. habit. Jen. 1668. (p) L. III. obs. p. 147.

Pulv. ℞. *Rad. Jalap.* dr. ſem.
rhab. el. ſcrup. I.
crem. tart. ſcrup. ſem. M.

Etſi vix quadrantis horæ intervallo poſt aſſumtionem vomitu redditus, non minùs ſemihoræ ſpatio pòſt operari cœpit ſurſum deorſumque, copiosâ biliosorum ſerosorumque humorum excretione ſubſequente, non tam vi medicamenti; quàm redundantia humorum corruptorum irritatâ Naturâ. Exin tumor ventris quidem ſubſedit, at nullam conſtantiam præſtitit.

§. 2. Servo, cuncta *evomenti*, propter ventris compreſſionem & contuſionem, ab equo factam, hunc bolum dedit *Hôfer.* (q)

Bolus, ℞. Caſſiæ rec. extr. dr. II. & ſem.
pulv. rhabarb. ſcrup. I.
mag. Jalap gr. XV.
tart. Vitriol. gr. VII.
M. f. c. ſacch. bolus.

§. 3. Generoſiſſimus Juvenis Holſatus in ſummo *ardore ſtomachi* alia inter à D. D. *Hannemanno*, Amico pl. colendo, accepit quoque pilulas,

Pilul. ℞. Merc. dulc. gr. VII.
extr. rhabarb. ſcrup. ſem.
reſin. Ialap. gr. V.
f. pil. cum ſucco liquirit. & aq. nymph.
num. IX.
involvant. pulv. oc. canct. (r)

§. 4. Coriarius quidam è noſtratibus, ſumto prius pulv. purgante,

Pulv. ℞. *pulv. rad. Ialap.* ſcr. I.
tart. vitriol. gr. V.
mag. Ial. gr. IV.

tart.

(q) l. c. p. 437. (r) Dec. II. Eph. ann. VIII. obſ. 40.

tart. emet. M. gr. I.
ol. still carv. gutt. I. M.

quo decies κάτω & ter ἄνω faustè purgatus, adhibuit postea vile remedium domesticum, & abs omni *ardore* immunis nunc vivit hilariter.

CAPUT III.

DE USU JALAPÆ IN VERMIBUS.

§. 1.

VEriſſimè dixit, quisquis dixit: ἄνθρωπον εἶναι ψυχάριον βαστάζον νεκρόν. Probavimus id exemplo Nobilis *Astibulfii*, Dynastæ *Ilfeldensis*, elegantiſſimi *Nosologiæ animatæ* compendii, (s) latiùsque deduximus alibi. (t) Stabant mihi comæ, & vox hærebat faucibus, cùm *Lüchtringæ* ad Visurgim olim honesta puerpera; varia & insolita prorsus symptomata perpessa, tandem, sumto emetico, vel mille *erucas* & *vermes* diversi coloris & magnitudinis, ἄνω καὶ κάτω rejectos prolixiùs mihi narraret. (u) At non minùs curiosa & rara historia, qnam recenset *D. Fasch*, Prof. quondam Jenensis. (w) Matrona scilicet honestiſſima marito suo spem faciens prolis certiſſimam, quam confirmabant mulierculæ omnes, expectantes filiolum, futurum Parentis gaudium. Verùm enim verò quamvis ex variis signis, præcipuè nisu imminentis puerperii, spes fuerit facta ab adstantibus, omnia-

(3.) *In Vermibus.*

Obs.

(s) fasc. III. obs. m. Med. Phys. Dec. II. Eph. ann. (t) cynograph. curios. S. IV. c. 3. 6. & 8. Zeitkürtz. Erbaul. Lust P. II. them. 1. (u) Dec. I. Eph. cur. ann. VII. obs. 234. (W) in programm. invitat. ad disp. inaug. de lumbric. J. G. Glyzii annô 1688.

mniaque parata steterint, nihilo tamen minùs spe: cecidêre sua omnes. Siquidem ad sextum idem permansit status mensem. Tandem verò post usum pharmacorum, propulsis veræ ingravidationis signis, exclusa succedentibus diebus est amplissima fætura *lumbricorum* per secessum partim liberorum, partim membranaceis involucris, ad ovi gallinacei magnitudinem, inclusorum, ut juraret ipse *Faschius*, aliquot millia rejecta fuisse per vices verminosæ sobolis agmina. Alia post fœtum vivumque sanumque adhuc ejecit *vermem* instar *lacertæ*. (x) Nihil verius quàm oraculum istud Jobæum: (y) Adam *putredo*, & filius hominis *vermis*, i. e. interprete *Athanasio Kirchero*: (z) *omnis homo, tàm vivus quàm mortuus, inumeris, licèt insensibilibus, scatet vermiculis, omnesque morbi tàm interni quàm externi vermibus obnoxii sunt*. Bene tamen, quod colluviei hujus animatæ pestis certissima *Jalapa* nostra fiet.

§. 2. Licèt enim omnia purgantia *anthelmintica* sint, specioso tamen hoc titulo præ ceteris gaudet saluberrima radix hæc. Occidit & expellit vermes, serpentes, bufones, ranas, & ejusmodi animalcula, fæturamque eorum futuram impedit. Ecquî enim resistere audebunt pusilli isti tortores acrimoniæ *Jalapinæ salino-sulfureæ*, ejusque virtuti incidendi, abstergendi, liquandi? Laudat *Strobelberger.* (a) sp. diaturbit c. rhabarb., nec nos eas præconio suo privabimus, copulentur tamen in salutem hominum cum radice nostra. Hanc sanè cum Illustri *Febrio*, Imperialis Academiæ Nat. Curios.

(x) Dec. II. Eph. ann. VIII. obs. 24 (y) c. XXV. v. 6. (z) de peste S. 2. c. 4. p. 240. & L. XII. Mund. subterr. S. 2. c. 7. (a) de morb. pueror. c. 16.

Curiof. Præside secundo, Fautore nostro, dum viveret, Candidissimo; (b) magnifaciendam existimamus plurimis experimentis sœpissimè nobilitatam. Lumbricum utique latum præter ceteros ab hac expulsum meminit Vir optimus, aliquot ulnarum frustillatim prodeuntem; cum collo sensim angustiore & rotundiore in minutissimum capitulum atrum & verrucosum; trium papaveris seminum aptè conjunctorum formam exprimens, desinentem, cujus iconem raritatis ergò subjecit. Similem bestiolam à larga purgatione ex ano civis Suinfurtensis propendentem extractumque notavit D. *Schmidt*, Phys. ibid. ordinar., Curiosorum *Phaëthon*. Quantum *Jalapa* valeat in eliminandis tæniis, CL. *Dravviz.* (c) lamentabili probavit historiâ. Datâ hac radice, semper frusta verminosa ad duas ulnas longa excrevit æger; quod à ceteris purgantibus minimè sperare licuit.

§. 3. Puer XI. annorum alvum depositurus inter egerendum sensit aliquid ex podice flaccidi pendere, quod manibus attrectans lacerans que ad dimidiæ ulnæ longitudinem, cum fletu & metu portionis intestinalis abruptæ matri monstravit. Hæc attonita D. *Sim. Schulzio*, Physico Thorunensi, Amico venerando, (d) qui vanum hominum terrorem erroremque deridens; præscripsit inter alia:

℞. *pulv. R. Jalap.* gr. XVI. *Pulv.*
resin. scammon. gr. II.
crem. tartari gr. VI. M.

A quo lumbrici duarum ferè ulnarum rejecti sunt. Puella XV. annorum duplici tertiana, cum

P insigni

(b) in hier. pier. p. 125. (c) de scorbut. tit. 2. p. 127. (d) Dec. I. Eph. ann. III. obs. 229.

insigni virium jactura, miserè divexata, à D. *Gotofredo Christiano Winclero*, Collega & Amico dilectissimo, (e) accepit:

℞. Sp. diaturbit. c. rhab. dr. sem.
cryst. tart. gr. VII.
pulv Ialap. scrup. sem. M. f. pulv.

Obs. Dejecit sœpius, & cum fecibus tandem lumbricos latos ad novem ulnas cohærentes. Illustrissimus Comes *Wolfgang. Barbo* fidissimè retulit D. D. *Gerbezio*, Practico Labacensi, Comitissam *Schrotenbaccensem* mendicæ cuidam, quæ jam per biennium serpentem in corpore aluerat, casu in decubitu sub arbore ingressum, & qui nullis antehac, neque alexipharmacis, neque lacte, quod calens, suspensâ à pedibus ægra, supponebatur, expelli poterat, drachmam unam *rad Ialap.* præbuisse, & paulò post expulsum fuisse *anguem*, eumque adhuc vivum. (f) De cive *Syncoptico* cum magna vomendi cupidine, nausea, & copioso sudore frigido, verùm à semin. santonic. cum pulv. *Ialap.* an. dr sem., vermibus ejectis, curato, vid. *Phil. Marci* obs. apud *Bonet* (g) Uxor. XL. annorum, à pluribus annis *ardorem* in interioribus pedum plantis & manuum volis sentiebat, vertiginosa, & epilepticis impetita motibus concidens, tandem dr. I. *rad. Ialap.* pulverisatæ in vino infusæ circa novilunium sumsit, & deturbatis plurimis lumbricis sanitatem diutissimè perditam brevissimè & facillimè recuperavit. (h) *pulvisculum* hunc infantibus laudatus *Dolaus* (i) dabit:

℞. Cin-

(e) Dec I. Eph. ann. VII. obs. 104. (f) Dec. III. Eph. ann I. obs. 135. (g) Med Sept. L. III. S. XVI. c. 4. p. 627. (h) Binniger. C. IV. obs. 28. (i) l. c. p. 421.

℞. Cinnab. nativ. *Pulv.*
resin. Ialap. an. gr. III. usque ad VI. M.

Pulvis anthelminticus laxativus D. *Christiani* [V]*ateri*, Prof. Wittenberg., citante eum *Henrico* [E]*rnesto Muscovvio*,(k) hic est:

℞. *pulv. gialap.* resinos.
rhabarb. an. scrup. I.
mercurii dulcis dr. sem.
diagrid. sulfurat. gr. VI. M.
Adde sis
Sir. fl. persicor., seu de cich. c. rhab. unc. I.
aq. citr. & cinamom. an. dr. I. M. D. pro II. seu III. dosib.

[V]el: ℞. Ras. CC. scr. IV.
corallin. scr. V.
gran. myrrh. rubr.
Mercur. dulc. an. gr. XXIV.
sp. diat. c. rh. dr. II.
resin. Ialap. gr. XIII.
M. f. 8. pulver. D.

[m]ane ac vesperi una pars ex jure calido.

Scholari Isnacensi, de dolore hypochondrii si[n]istri maximè conquerenti, cum rosione circa um[b]ilicum, hoc pulvere unico omnes pepuli mole[st]ias.

℞. *pulv. rad. Ialap.* scrup. I.
sp. diat. c. rhabarb. gr. XVI.
crem. tart. gr. XV.
mag. Ialap. gr. IV. f. pulv. divid. in 2. p. æqu.

Primâ vice duodecies decessit, alterâ novies, LX. [l]umbricis oblongis, crassisque citra molestiam re[j]ectis. Puello trienni dedi:

(k) in disp. de vermib. intest. Sect. Pract. th. 21. Witteb. [1]687.

℞. Sp. diaturb. c. rhab. gr. XXV.
Rad. Ialap. gr. XV.
tart. Vitriolat. gr. V.
mag. Ialap. gr. IV. M.

Puellæ sexenni eundem, sic tamen, ut ille sumeret de eo, quantum duo cultri suspides capiunt, hæc verò quantum tres: & ipsa simul à caduco feliciter liberata est. Dedi eundem multis aliis, bono semper cum successu. *Ioannis* Francken/ rustici Herleshusani, filio novenni misi:

℞. *pulv. rad. Ialap.*
c c. ust. præp. an. scrup. I.
tart. vitriolat.
mag. Ialap. an. gr. IV.
troch. alhand. gr. II. D. S.

Hievon 3. Messer-Spitzen voll mit warmer Milch.

Purgatus est ἄνω καὶ κάτω, multis rejectis vermibus. Puellæ septenni *Höfer.* (l) dedit seq.

℞. rhab. el. scrup. IV.
Rad. Ialap.
tart. præp. an. scrup. sem. M. Div. in 2. p. æqu.

Vel: ℞ *pulv. Ialap.* scr. sem.
c c. ph. præp gr. IV.
cinnab. nativ. gr. I.
f. P. D. c. lacte vel mulso pro dosi.

§. 4. Pistoris uxor dolorem circa umbilicum semper sentiens, hanc potionem à D. *Franco* accipit, expulso *lumbrico* duorum ulnarum Ulmensium, cum remissione doloris:

Potio, ℞. Vini seu decoct. veronic. unc. III.
pulv. gialap. resin. scrup. I.
crem. tartari scrup. sem.

scam-

(l) l. c p. 179.

scammon. sulfurat. gr. VII.
antim. diaph. gr. IV.
sir. de cichor. c. rhab. dr. III. M. (m).

Wôferus rustico dabat hanc: (n)

℞. Sp. diaturbit. c. rhab. scrup. II. & sem.
cryst. tart.
pulv. fol. sen an. scrup. I.
mercur. dulc. gr. XVII.
Ialap. resin. gr. XV.
Sir. ros. sol. c. fol. sen. dr. VI.
vini parùm,
sp. vitrioli gutt. IV. M.

§. 5 Memorabilis, at lugubris, historia *Schadia*-*n*, referente D. *Dolæo*, (o) de puella duodecenni. Quæ cùm à morbillis epidemicè grassantibus redemta esset, sibique restituta videretur, de tremore totius corporis subitaneo, sed interpolato, conqueritur, quem sequenti die tam vehemens universi excepit motus, omnes in medio & infimo ventre contentas partes quasi divulsurus, singulis diebus ter vel quater affligens, sed sine notabili dolore, ratione etiam salvâ & illæsâ semper manente. Durante paroxysmo, ad duas aliquando horas cum adstantium commiseratione se extendente, decumbebat cum horrenda hinc illincque jactatione, nec ad interrogata responsum dabat, nutu tamen capitis vel negans seu affirmans omnia. Cessante verò paroxysmo surgebat, bene comedebat, & bibebat. Rogata à CL. *Schadio*, Physico Hombergensi, ubi motum primariò perciperet, in abdomine, dixit, & quidem cum frigore. Suborta suspicio de *vermibus*, mox tamen, mutata senten- Observ.

(m) tr. de Veronic. S. II. membr. III. c. 4. p. 167. (n) l. c. p. 283. (o) L. VI. Encyclop. Med. c. X. p. 416. seq.

tentia, pro spasmo scorbutico morbum hunc habuit Medicus. Præmissis ergò universalibus, antiscorbutica cùm nervinis permiscuit. At nihil iis efficientibus, antiqua remansit suspicio de *vermibus*. Solâ igitur theriacâ Androm. aliquot diebus præmissâ, sequens infusum purgans mane jejuno ventriculo assumsit:

Infusum. ℞. Rad. allii
gentian. an. dr. I.
gramin. dr. II.
rhabarb. dr. I. & sem.
fol. sen. dr. I.
Zedoar.
Zingiber. an. scrup. I.
Sal. absinth.
scord.
tanacet. an. gr. V.
Stent per noct. infusa, mane coq. lento igne, & Colat.
unc. II. & sem. add.
Sp. diat. cum rhabarb.
pulv. Jalap. an. gr. X.
sir. fl. persicor. dr. VI. M.

Primò lumbricos, deinde ascarides vivos mortuosque magnâ excrevit copiâ, citraque omnem spem, ab hoc horrendo symptomate liberata est.

§. 6. *D. Michaël in Colleg. MS.* citato ordinat seq.

Sirup. ℞. Sir. fl. persicor. dr. III.
pulv. rad. Jalap. scrup. I.
mercur. dulc. gr. XII. S. Purgir-Säfftlein.

Bolus. & *bolum*: ℞. Conserv. fl. persicor. dr. III.
pulv. rad. Jalap. scrup. I.
mercur. dulc. gr. XII. (gr. X)

f. e.

f. c. ſir. fl. perſicor. bolus. S.
Purgirender Wurm-Zucker.

§. 7. Pepererat puella *ranas* in ventre ſuo (quarum coaxationes ipſe audivit *Grülingius* (p)) ex potu aquæ paluſtris infauſto ſeminio prægnantis. Variis fruſtra adhibitis, Senior iſte Cheruſcus dedit pilulas: *Pilulæ.*

℞. Extr. panchymag. ſcrup. I.
pulv. Jalap gr. VII.
ſerpentum ſcrup. ſem.
M. f. pilul. XIX. c. pauco ſir. de ſucc. citr.

Femina aliàs ſaniſſima ingentem *dorſi pruritum* ſentiens, tandem multos ex cute *vermiculos* prodeuntes notavit *parvos, latiuſculos* & *albicantes.* Dabat ei junior *Ridlinus* pilulas (q) malo valde imminuto:

℞. Extr. myrrhæ
aloës opt. lot. an. ſcrup. I.
mercur. dulc.
magiſt. Jalap. an. gr. XVI.
diagrid. ſulfurat. gr. IV.
c. elix. PP. f. pil. num. LXXXIV.
conſperg. pulv. cinamom.

D. *Jüngken* (r) deſcribit tales;

℞. Aloës violat.
myrrh. elect. an. ſcrup. I.
mercur. dulc. dr. ſem.
rad. Jalap. ſcrup. ſem.
ol. abſinth. deſtill. gutt. III.
c. Elix. propr. f. pil. num. XL.
pro 4. doſib.

 Vel:

(p) C. VII. obſ. 14. (q) Cent. obſ. ſingul. num. XII.
(r) Vad. mecum p. 304.

Vel: ℞. aloës elect. dr. I.
myrrh. puriss. scrup. II.
sp. diat. c. rhabarb. scrup. IV.
resin. Jalap. gr. XII.
troch. alhand. gr. VI.
c. s. q. succ absinth. inspiss. f. pil. LX.
D. pro una dosi IX. X. ad XII.

Puellæ XVI. mensium, ad imitationem *Boneti*, (s) misi has:

℞. aloës rosat. scrup. I.
mercur. dulc. scrup. sem.
mag. Jalap. gr. IV.
c. aq. cinam. f. pil. pro 3. dosib.
D. c. pomo assato.

Alia XV. annorum obtinuit has;

℞. Extr. panch. Croll. sec. descript. scrup. sem.
rhabarb.
MP. Querc. corr. an. gr. III.
mag. Jalap. gr. un. & sem.
f. c. sir. absinth. pil. XV. D.

Obs. §. 8 Puer temperamenti calidi & humidi, pinguiore corporis habitu præditus, sex annorum, victu liberatiore consveto, puerorum more, promiscuè utens, lacticiniis aliisque cibis & fructibus ὡραίοις se delectans, sensim de die in diem extabescit. Quamvis quoad cetera omnia optimè valere satisque comedere videretur, attamen parùm aut nihil nutriebatur, & quotidie in deterius ruebat, ac malum cum ipso decrescente accrescere videbatur. Intolerabilem pruritum in dorso, brachiis ac cruribus, non sine ingenti dolore, persentire se conquerebatur. In causam hujus maciei limatiùs inquirentes Parentes, posthabitá, cùm nulla adessent

(s) Med. Sept. collat. L. III. S. XVI. c. 7. p. 628.

ſſent indicia, lumbricorum ſuſpicione, advertunt unctula quædam nigricantia in cute, quæ ungui-us vellicata extrahebantur, ſequenti die rurſum pparentia. Emaciatum & omnibus fermè viri-us deſtitutum corpuſculum, ſvaſu quorundam, n balneum aquæ calentis collo tenùs demergunt, nuſculoſas dorſi, brachiorum, & crurum partes inimento ex farina & melle, eas ſimul molliter ricando, illinunt. Hôc per vices iteratô, ſubtiliſ-ima quædam & exigua animalculorum, *vermicu-orum* figuram repræſentantium, capita cinericii coloris è cute erumpere copioſiſſimè vident. Hæc novaculâ per Chirurgum abradi jubent. Tan-dem linimento per unius ac alterius diei interval-lum adhibito minuuntur. *Rolfinc.* (t) præpara-tis humoribus, pulv. dat ex *Jalap.* gr. X. & elæo-ſacch. cinam. gr. IV. Retur CL. *Mœbius* (u) cum *J. Theod. Schenckio* (vv) & *Frid. Hofmanno*, (x) non vermes, ſed recrementa viſcoſa eſſe, inque po-ris cutaneis condenſata. At vide tu de *vermibus* iſtis, quos Miteſſer & Zehr-Würme vocant, *Sennertum*, (y) *Joëlem*, (z) *Foreſtum*, (a) *Borellum* (b) *Sebizium* (c) &c. Næ cives oppidi Laâr in Per-ſide, ob aquæ potum & aërem minùs ſalubrem, *vermibus ſubcutaneis* multùm vexari, αὐτόπτης refert Nobiliſſ. *Mandelsloh* (d)

§. 9. Grati etiam *Morſuli* :

(t) L. XIII. conf. 3. (u) L. II. Inſt. Med. P. II. c. 14. p. 138. (vv) Exercit. Anatom. L. I. S. II. c. 3. p. 213. (x) L. I. M. M. c. 19. p. 344. (y) L. II. Prax. P. II. c. 24. & L. II. Inſt. Med. P. II. c. 9. p. 256. (z) L. X. Prax. S. III. art. 2. p. 559. (a) L. VIII. obſ. 15. in ſchol. (b) C. I. obſ. 80. (c) T. II. Spec. M. P. P. VI. c. 34. p. 1839. Add. Rolfinc. L. XIII. conſ. 3. p. 957. Cynogr. m. curioſ. S. IV. c. 6. §. 4. (d) in Itiner. ori-ent.

Morsuli. ℞. *pulv. rad. Jalap.* dr. III.
sem. portulac.
sant an. dr. II.
corallin.
caryophyll.
rhabarb. an. dr. I.
diagrid. scrup. I. (dr. sem.)
sacch. in aq. gramin. solut. q. s.
f. s. a. Morsul.

Est *Rotula*:

Rotula. ℞. sem. sanct. unc. sem.
turpet. elect. dr. II.
rhabarb. opt. dr. III.
resin. Jalap. s. a. solut. scrup. I.
corallin. dr. I.
ol. citr. gutt. VII.
sacch. albiss. in aq. fl. persic. solut. libr. sem.
f. s. a. rotul. (e)

Vel; ℞. Sp. diaturb. c. rhab. gr. XVI.
mercur. dulc. gr. XV.
resin. Jalap. gr. VI.
troch alhand. gr. II.
sacch. alb. in aq. fl. persic. sol.
f. rotul.

CAPUT IV.

DE USU JALAPÆ IN HERNIA.

§. I.

(4.) In hernia. IN *hernia carnosa Rolfinc.* (f) hos dabit pulveres:

Pulv. ℞. *pulv. Jalap. resinos.*

sp.

(e) Timæus in descript. medic. p. 428. (f) L. XII. consil. 1.

ſp. diaturb. c. rhab. an. ſcrup. ſem.
ol. ſtillat. aniſ.
citr. an. g. IV. M. f. pulv.

Sumatur mane hor. VI. in juſculo carnis, & cochlearia X. deſuper c. pane abſorbeantur. Vel:

℞. cryſt. tart.
Jalap. an. ſcrup. ſem.
elæoſacch. citr. gr. III. F. pulv.

§. 2. In *hernia varicoſa* Junior *Ridlin*. (g) offeret alium:

℞. crem. tart.
pulv. f. ſen. ſel. an. ſcrup. I.
mag. Jalap. gr. V.
ol. ſtill anif. gutt. I. D. pro una doſi.

§. 3. Ruſticus *hernioſus* ſubinde alvum habet ſegniorem, quæ multùm negotii ei faceſſit. Juſſu barbitonſoris ſolâ utitur *Jalapâ* cum ſale abſinth. mixta, in decocto ſem. carvi, aut herb. fœnic., ſeu chamomillæ, quæ hactenus certam tulit opem. Flatus diſcutiunt petroſelinum & baccæ juniperinæ. Servus ex eſu piſorum viridium nimio in ſummum ſe præcipitârat exitium. Præmiſſô ſuppoſitoriô, (clyſteres enim id genus hominum cane pejus & angue deteſtatur) præſcripſi potionem, pro aliquot vicibus ſumendam, *Jalapâ* conſpicuam, quæ ſufficienter & largiter purgavit eum, ut triduo poſt ad aratrum ſuum redierit, & *piſcator* ictus ſapere nunc didicerit. Adeò nocumenta documenta fiunt. *Obſerv.*

CAPUT

(g) cent. obſ. ſingul. num. 10.

CAPUT V.

DE USU JALAPÆ IN PASSIONE ILIACA.

§. 1.

(1.) *In passione Iliaca.* PRæmissâ venæsectione in brachio dextro ad uncias IX., aliquot post horas exhibet D. *Jüngken* (h) pulverem:

Pulv. ℞. *Resin.* scammon. (vel *Jalap*) gr. XII.
calomelan. Turq. scrup. I. M.
Cape è cochleari uno lact. vaccin., superbibendo ejusd. lactis cochlear unum vel alterum.

Observ. §. 2. Puer quinquennis, per dies aliquot obstructione alvinâ laborans, usurpavit:

℞. *pulv. gialap. resinos.* gr. XVIII.
cholagog. f. gr. VIII.
sir. Violar. dr. I. & sem. M.

& suppositoria satis valida, cùm clysteres non admitterent parentes. Verùm nihil actum: dolores aucti, & *iliaca* secuta. Mors tandem ultima linea rerum. (i) Faustiùs verò cessit Juveni isti, quo de Curiosi nostri. (k)

§. 3. Superiori hyeme *Ditericus* Möller / miles gregarius, à febri maligna redemtus, ex esu coctorum pyrorum sylvestrium in omnimodam alvi suppressionem incidit, quam mox excepit *Miserere mei.* Respectû virium valde attritarum propinavi haustulum:

Potio, ℞. *pulv. rad. Jalap.* scrup. I.
cryst. tart. gr. IV.

magist.

(h) Vade mecum p. 426. seq. (i) Ridlin, C. III. obs. 21.
(k) Dec. I. Eph. curios. ann. II. obs. 838.

magist. scammon. gr. III.
aqu. menth. cr. unc. II.
syr. rof. solut. dr. II. M.

Alvus soluta, & ileos mitiùs cum eodem egit. Ad somnum conciliandum vesperi sumsit:

℞. Aqu. papav. errat.
verben. san. unc. I. & sem.
sir. papav. rhæad. unc. sem.
pulv. bez. Senn. gr. XVI.
laud. opiat. corr. gr. I.
sp. vitrioli gutt. V. M.

Optimè dormivit, etiam abs hoc malo, Dei misericordiâ, liberatus. Adeò in *purgantibus & opiatis* unica *Iliacorum* cura & salus versatur, uti è tripode ait Experientissimus *Wedelius*. (l)

CAPUT VI.

DE USU JALAPÆ IN COLICA.

§. I.

Gloriatur *Angelus Sala*, (m) se à tartaro crudo haud semel à maximis *colicæ* tormentis fuisse liberatum. Cùm enim (ore ejus loquar) in juventute mea per quinquennium *passione colicâ* multoties miserrimè discruciarer, nullisque medicamentis, aliàs maximè juvantibus, ab eadem liberari ac curari possem, singulari cujusdam magnarum qualitatum, patriâ Lucensis in Italia, senis consilio drachmas sex pulverisati crudi tartari assumebam, cujus effectus aliorum omnium antè assumtorum purgantium longè erant excellentiores. Hoc

(6.) In colica,

(l) disp. de Gialap. c. 6. p. 26. (m) Tartarolog. S. I. c. 5. p. m. 126.

Hoc enim assumto in longum & quidem inconsuetum tempus cessabant acerrimi cruciatus, redeuntibus verò iisdem, reiterando hujus usu immunem à tantis ærumnis per biennium vivebam vitam. Ast aliquando multò atrociùs, quàm hactenus unquàm, cùm prædictis doloribus torquerer, tentatis aliquot, quæ ad manus erant, tàm internè, quàm externè, remediis, recordabar usus mei tartari, ac tùm temporis offerebatur quidpiam tartari à vino ungarico separati, cujus, non consideratâ ejusdem impuritate, nec quam habet cum vino rhenano longâ disparitate, ex tempore prædictam dosin cum brodio carnis, absque ullo alio additamento assumebam; quo satis benignè aliquot vicibus sum motus, materiaque peccans exoptatè expulsa, ita quidem, ut ab acutissimis hisce doloribus plenariè liberatus, nihil amplius de tantis cruciatibus viginti nunc sex annis perceperim. Hanc allevationem adscribit remotiori causæ tartareæ & frigidæ in intestinis collectæ, eorumque internæ superficiei tenacissimè adhærenti. Hanc materiam à tartaro resolutam & eliminatam credit, quod aliis medicamentis fuerat impossibile. Igitur in hisce & aliis morbis, à prædictis causis & flatibus ortis, plurimis ægrotis tartari usum imperavit, laudandosque semper vidit effectus, nihil reperiens, quod usum ejus remorari queat, nisi quòd fortè delicatulis ejus dosis nimia molesta sit. Assumendus enim, quando, sine ullo alio additamento, stimulove, vero purgantis munere fungi debet, ab uncia semis ad drachmas sex & unciam unam. Optandum itaque, ut purgans ejusdem facultas in minorem dosin redigi posset. Ita *Vicentinus* noster. Sed votum ejus inane judicat Celeberrimus

Rol-

lolfinc. (n) imò vocat *pygmæum remedium* contra *gigantæum morbum.* (o) Non poteſt enim veri purgantis vices obire, niſi ab uncia ſemis ad unciam integram aſſumatur. Quis autem huic colla ſubdere vellet jugo? ſeponatur ergò in ſubſtantia crudus, & in infuſis ac decoctis ſolùm uſurpetur, mixtus cum aliis, e. g.

Potio.

℞. fol. ſen. alex.
rhabarb. alex.
gialapii, an. dr. II.
tart. crud. dr. III.
paſſul. min. pug. III.
fl. viol. mart. pug. II.
coq. in s. q. aq. font.
Col. unc. IV. add.
Sirup. diaſer. Andernac. unc. I. M. f. H.

Laudat *Frideric. Hofmann.*, (p) ceu validiſſimum anticolicum, *mechoacannam*, quidnî potius tantam vim adſcribemus *Jalapæ*?

§. 2. Officiali cuidam Cæſareo, præmiſſo clyſtere, dedit *Thoner.* (q) vinum: *Vinum.*

℞. rad. enul.
cichor.
fœnic.
garyoph. an. dr. II.
H. card. ben.
abſinth.
hyſſop.
betonic.
meliſſ. an. Man. ſem.
Rhabarb. el.
agaric. troch. an. dr. III.

tur-

(n) diſſ. chem. prim. de Tartaro c. 2. p. 5. (o) de purgantib. S. II. a. 3. c. 5. (p) L. I. M. M. c. 8. p. 90. (q) L. III. obſ. p. 158.

turbit alb. dr. II. & sem.
rad. jalap. scrup. IV.
cinamom. dr. I. & sem.
gal. dr. I.
f. saccul. inf. in mens. hydromell. exhib. quart. sem.

Claretum laxativum D. *Michaeli*, (r) hoc est:
℞. Mechoacann. alb.
sem. cartham. an. unc. I.
turpeth. elect.
agaric. alb.
Rad. jalap. an. unc. sem.
bacc. Junip. unc. I.
cort. aurant. unc. sem.
zedoar. & galang. an. drachm. III.
zingib. dr. I. & sem.
piper. dr. I.
Inf. in s. q. vin. rhen. in loc. calid., vitro bene clauso, postea clarif. per manic. Hippocr. & edulc. q. s. sacch. S. Laxirend Claret auf etlich mahl.

§. 3. Nobilem valde biliosum abs eadem tortura exemtum fecimus hac potione:

Potio. ℞. Rad. cichor. unc. sem.
passul. min. unc. I.
tamarind. enucleat. dr. VI.
f. sen. s. st. unc. sem.
agaric. troch. scrup. IV.
rhabarb. el. dr. II.
Incis. & cont. coq. in s. q. aq. Col. adm.
Sir. ros. solut.
cich. c. rhabarb. an. unc. I. & sem.
cryst. tart. gr. XVI.
magist. Ialap. gr. X.

pulv.

(r) in Colleg. MS. cit.

pulv. rad. Jalap. gr. XXIV. M.

Dos. cochl. V.

Captivo cuidam apud nos misimus hanc:

℞. Aqu. menth. cr.

meliss. an. unc. I. & sem.

cort. aurant.

cinam. simpl. an. unc. sem.

Sirup. menth. unc. sem.

ess. carminat. dr. sem.

☋ stillat. carv. gt. X.

M. D. cochl. II. vel III.

Eôpse die omnia depulsa tormina: alterâ luce præservationis causâ ex sola *Jalapa* drachm. sem. dedimus cum calid. cerevis. *Joannes Ditmar*, Mercator Rulanus, nil minùs cogitans, subitò nuper à colicis doloribus, modò in terram, modò in lectum, conjectus, poposcit à me remedia. Dedi:

℞. Aqu. menth. cr.

fœnic. an. unc. II.

vit. Mathiol. unc. I.

sp. nitr. gutt. XV.

laud. opiat. corr. gr. II.

ol. macis gutt. VI.

sirup. menth. unc. I. & sem.

D. crebrius I. seu II. cochl.

Dictum factum. Ad everrendam sentinam, in itinere suo Dantiscano collectam:

℞. Extr. panchym. Croll. sec. descr. scrup. I.

rhabarb. gr. IV.

mag. Ialap. gr. III.

troch. alhand. gr. I.

f c. Tinct. Tartari. Pil. XVIII.

Quas specialiter laudabat ob sufficientem operationem, citra omnem molestiam. D. *Lentilius*

coriario quinquagenario in colica à potu frigido, cum alvi adstrictione dabat hanc:

℞. Cass. rec. extr.
ol. amygd. d.
sir. de alth. fern. an dr. VI.
pulv. Jalap. resinos scr. I.
aq. chamom unc. I. M.

Acceptabilis etiam potiuncula *Jüngkeniana*: (s)

℞. spirit. vini amsat. dr. II.
tinct. Jalap. dr. I.
sirup. cort. arant. dr. I. & sem. M. pro dosi.

Vel *Bonettiana*:

℞. Mann. calabr. unc. I. & sem.
dissolv. in juscul. q. s. add.
colat. sir. de alth. Fernel.
ol amygd. dulc. rec. expr. an. unc. I.
Rad. Jalap. gr. XV. M.

§ 4. D. D. *Joan. Michael Metius*, Serenissimi nostri Medicus ordinarius, Amicus honoratissimus, adolescentem, per biduum hoc malo excruciatum, præmisso digestivo, seq. pulvere feliciter liberavit:

Pulv. ℞. *pulv. rad. Jalap.* gr. XXIII.
nitr. præp. gr. V.
scammon. præp. gr. IV.
elix. propr. gutt. II. M.

Elias Franzius (t) hosce dabit:

℞. *Gialap. nigr. resinos.*
crem. tart. an. scrup. I.
ol. anis. g. I.
antim. diaph. g. II. M. f. p.
℞. *Spec. diajalap. Mynf.* gr. XXIV.

pulv.

(s) Vade mecum p. 93. (t) disp. de colic. habit. Jen. 1674.

pulv. ſyr. gr. III.
nitr. antimoniat.
ol. zedoar. an. gutt. I. M.

Generoſo Domino *Hahnſtenio*, tunc Equitum Magiſtro, nunc Duci bellico, Hæreditario in ſuperiori Erla, prævio clysmate, hunc dedimus:

℞. *Rad. Jalap.* ſcrup. I.
cryſt. tart. gr. VIII.
tart. vitriol. gr. IV.
mag. Jalap. gr. II.
ol. aurant. gutt. II. M.

Conjugi ejus, in eadem navi periclitanti, huncce:

℞. *pulv. rad. Jalap.* ſcrup. I.
cryſt. tart.
mag. Jalap. an. gr. III.
ol. ſtill. menth. g. I. M.

Pro potu ordinario coxit in vino ſem. anis. cort. aurant. fl. cham. Rom. & ſem. fœnic., idque bibit calidè pro lubitu. Et mox omnes dolores pulſi ſunt.

§. 5. Robuſta mulier ſolis hiſce *pilulis* ſibi medetur feliciſſimè:

℞. Extr. Panchym. Croll. 2. deſcr. ſcr. I. *Pilul.*
rhabarb.
Mag. Jalap. an. gr. IV.
ol. fœnic. gutt. II.
F. c. aq. chamomill. Pil. XIX.

CAPUT VII.
DE USU JALAPÆ IN OBSTRUCTIONE ALVI.

§. 1.

(7.) In obstructione alvi. TImæus à Güldenkleé (u) Chirurgo cuidam alvi obstructione, tumore abdominis, & metu hydropis graviter tentato, pro *segnioris alvi* irritamento dedit nodulum hunc laxativum, cujus usu, per vices continuato, serum in abdomine cumulatum evacuatum est.:

Nodulus. ℞. fol. soldanell. dr. III.
senæ unc. sem.
rad. Ialap. dr. III.
bryon. dr. II.
agaric. troch.
rhab. el. an. dr. II.
comar. absinth. pug. I.
medull. sem. cartham. unc. III.
sem. anis.
fœnic.
cost. Ægypt. elect. an. dr. I. & sem.
cinamom. acutiss. scrup. IV.
Incis. & cont. grosso modo includ. saccul. & sind. rubr.
inf. in vin. seu cerevis. defecatior. mens. I., & singulis, vel alternis diebus, prout visum fuerit, haustum mediocrem, factâ priùs forti expressione, sumsit.

§. 2. *Höferus* ancillæ cuidam in dolore cordis & *alvi constipatione* quinque dierum tale decoctum fecit: (w)

℞. fol.

(u) L. III. epist. med. (W) l. c. p. 712.

℞. fol. sen. el. unc. sem. **Decoctum.**
rhabarb. opt. dr. II.
pulv. Ialap. dr. I.
crem. tart. scrup. IV.
fl. tunic. pug. II.
coq. c. aq. malv. ad tertias.
In colat. expr. dissolv.
Mann. calabr. unc. II.
pulv. mei purgant.
crem. tartari an. scrup. I.
aq. cinamom. cochl. sem. M. f. H.

§. 3. Idem servo cuidam in *alvi obstructione*, ob contumacissimum vomitum, bolum hunc dedit: (x)

℞. Cassiæ recens extract. dr. II. & sem: **Bolus.**
pulv. rhabarb. scrup. I.
mag. Jalap. gr. XV.
tart. vitriolat. gr. VII. M. pro dosi.

§. 4. *Pilulæ Jüngkenianæ* hæ sunt: (y) **Pilulæ**

℞. Extr. agarici scrup. sem.
resin. Jalap. gr. VI.
mercur. dulc. gr. XII.
M. f. pil. XXII. auff etlich mahl.

Vel: ℞. Gumm. ammoniac. vino solut. scrup. sem.
resin. Ialap. gr. VIII.
extr. troch. alhand. gr. III.
mercur. dulc. gr. XII.
M. f. pilul. XXII.

Vel: ℞. Extract. agaric. scrup. sem.
Resin. Jalap. gr. VI.
mercur. dulc. gr. XII.
f. Pil. XXII. auff etlich mahl.
D. ante cœnam.

(x) l. c. p. 473. (y) Vade mecum p. 14. & 16.

Cautio. §. 5. Interim magnâ cautione opus est in hoc affectu, & ante omnia corpus fluxile faciendum. (z) Vide enim *gangrænam* prolapsi intestini recti ex purgantibus, in alvi adstrictione ineptè adhibitis, longiùs descriptam à D. *Gerbezio.* (a)

CAPUT VIII.

DE USU JALAPÆ IN DIARRHOEA.

§. I.

(8.) In diarrhoea. *Bolus.* IN abundantia seri extra malignitatem *bolum* hunc exhibet D. D. *Dolæus* : (b)

℞. Conserv. ros. rubr. dr. I.
pulv. rhabarb.
Jalap. an. dr. sem.
sal. absinth. scrup. sem.
ol. N. M. gr. II.
conf. alcherm. incompl. scrup. I. M. f. bolus.

Pulv. *Rolfinc.* (c) in cholera humida dat R. *Jalap. resin.* gr. XVI. *pulv.* per lar. præp. gr. II. M. f. pulv.

Observ. §. 2. Somniabat civis Isnacensis *Conrad.* Bütticher/ac si unus è commilitonibus suis ex impuro urceo ei propinâsset. Qui terror & error altero die molestissimam ei peperit *diarrhoeam*, cum periculoso vomitu, quam verò XXIV. gran. *R. Jalap.* admixt. gr. VI. sal. cichor. omni ex voto sustulimus. (d)

§. 3. De nutrice, quæ puello quinque mensium, *incontinentiâ urinæ* laboranti, membrulum filo cir-

(z) II. aph. 9. (a) Dec. II. Eph. ann. VIII. obs. 72. (b) Encyclop. med. L. III. c. 3. p. 463. (c) L. VI. cons. 3. (d) Vid. Dec. II. Eph. ann. IX. obs. 195.

rcumligabat noctu, autumante, sic laticem com-
odè posse detineri usque in auroram, ruptâ de-
uum puelli *vesicâ*, diximus alibi latiùs. (e) Re-
ensebimus nunc similem fere casum. Rustica
uellæ suæ, ad cohibendas sordes, queîs hactenus
ctum conspurcârat, ano ejus indidit *rapam* infor-
na suppositorii. Quam fasciis ita involutam in
unas reponit. Irritata verò natura, portâ infe-
iori obstructâ, ἄνω feces ejicit summa cum anxie-
ate & dolore. Animadvertens id stultissima co-
ona, ociùs abjicit repagulum. Fluebant excre-
nenta varii generis cum sanguine, puellâ tandem
nter lachrymas & cruciatus exspirante. Vix me
ontineo, quin adjiciam singularem observatio-
nem *Petri de Marchettis* Equit. D. Marci, & in Ar-
hi-Gymnasio Patavino Prof. celebratissimi. (f)
Meminit hic, meretrici cuidam à Studiosis ali-
quot *caudam porcinam*, quæ acri hyemis frigore ob-
iguerat, intra anum immissam fuisse hac ratione;
sectis scilicet primò setis ejusdem ad medium us-
que valde asperis, postea inunctam eandem cum o-
eo, atque sic in anum mulieris vi intrusam: cùm
verò aliqua portio ipsius caudæ, tres digitos longa,
extra emineret, atque tandem Medici tentarent e-
ducere, pili inversi defigebantur in intestinum re-
ctum, ut dolorem ægra ferre non posset. Cùm verò
medicamenta postmodum per os exhibuissent, spe-
culumque immisissent, ut anum dilatarent, & edu-
cerent caudam, frustra fecerunt, adeò ut sex dies al-
vus illa suppressa fuerit, accedente vomitu cum fe-
bre, & dolore omnium intestinorum. Accitus tan-
dem laudatus *Petr. de Marchettis* arundinem lon-

(e) fascic. II. obs. m. Dec. II. Eph. ann. VI. annex. num.
57. (f) vid. obs. medico-Chirurg. syllog. p.m. 183.

gam duas seu tres spithamas perforavit, in extremo lævigatam, deinde filo crasso extremum ipsius *caudæ* extra anum prominens arctè alligavit, atque immisso filo in cavitatem ejusdem arundinis in podicem immisit, per quam filo attracto *caudam* eduxit, illæso omninò intestino recto, ex quo statim maxima copia fecum effluxit, cum patientis levamine. Postmodum injecto duos aut tres dies lacte caprino, bis terve per diem, atque sedato dolore, gravissimo certè, infudit, vinum austerum ad corroborationem partis, quibus ex toto convaluit ægra.

§. 4. Dn. *Tobias Petrus Creutznacher*, Pastor Micro-Lupnizensis, Amicus noster, periculosâ *diarrhœâ*, non sine suspicione malignitatis, ante biennium correptus, cohibito fluxu, ad expulsionem humorum peccantium, ebibebat haustulum:

Potio. ℞. *pulv. rad. Jalap.* dr. sem.
tart. vitriolat. gr. IV.
mell. ros. solut. unc. sem.
aq. borrag. unc. II.
sp. vitriol. gutt. VI. M.

Novies suaviter expurgatus, brevi post convaluit.

CAPUT IX.

DE USU JALAPÆ IN DYSENTERIA.

§. I.

(9.) In dysenteria, PRæservatio postulat evacuantia, ut nimirum biliosi, phlegmatici, salsuginosique humores re-

jiciantur. Qualia verò in usum trahenda sint, non adeò specialiter seu accuratè describi potest, ob magnam complexionum diversitatem. Potius pro cujusque naturæ conditione singula accommodanda erunt. Si tamen biliosi humores exorcitâsse videantur, tutò usurpabis pulveres :

℞. Rhabarb. elect. scrup. II. *Pulv.*
rad. Jalap. scrup. I. (vel dr. sem.)
crem. tart. scrup. sem. M. f. pulv.
D. in juscul. pisor. vel vino.

℞. Rhabarb. parùm tost. scrup. II.
pulv. rad. Jalap. gr. V.
crem. tart. gr. IV. M.

Hunc dedi virgini XVIII. annor. in casu ferè deplorato, cùm præstaret anceps, quàm nullum experiri remedium, ipsaque adhuc bellè valet. *Sebastiani Hellers* uxor ante portam Georgianam pro duabus dosibus obtinuit.

℞. *pulv. rad. Jalap.*
cc. ust. præp. an. scrup. I.
terr. sigill. rub. scrup. sem.
lap. cryst. præp. gr. VIII. M. Div. in 2. p. æqu.

Sumtâ primâ dosi fluxus manabat impetuosiùs, verùm abs altera imminuebatur, ægrâ tandem bene restitutâ. Puella decem annorum, sumto pulvere ex *rad. Jalap.* scrup. sem. crem. tart. gr. V. *Mag. Jalap.* gr. II. pro una dosi, præter emplastrum stomach. Crat., de crust. panis & melilot. an. dr. II. oleo chamomill. malax., & aqu. adstring. ex aq. menth. cr. unc. I. & sem. fl. acaciæ unc II. cinam. dr. II. syr. cydon unc. sem. ess. anodyn. gutt. VI. nil. indigebat amplius.

§. 2. Sophia **Himmelin** / cum multis aliis, hausit potiunculam in principio morbi :

Potio. ℞. Rhabarb. elect. scrup. IV.
fl. rof. rubr. siccat. dr. sem.
rad. liquirit. scrup. I.
Incis. inf. in s. q. aq. plantag. per noct.
mane ebulliant, add. Colat.
sir. rof. solut. dr. III.
pulv. rad. Jalap. gr. VI.
aq. cinamom. dr. II. M. pro dosi.

Optimè tulerunt optatam operationem. Dedi porro pulverem:

Pulv. ℞. pulv. antidysent. Croll. scrup. II.
bez. senn. scrup. I.
lap. cryst. præp. gr. VIII.
cancr. præp. scr. sem. M. pro 2. dosib.

Et linimentum:

Liniment. ℞. ol. N. M. expr. dr. II.
still. menth.
mastich.
absinth. an. gutt. VI.
macis, gutt. IV.
bals. Peruv. dr. sem. M.

Omnesque, Dei gratiâ, perfectè restituti sunt. Nobiliss. Dominus *ab Erfa*, Toparcha in Bischofroda, unà cum tribus adultis sororibus simul decumbebat. Dedi primùm, ad educendos humores lancinantes, πάθοςque istud causantes, potionem hanc:

Potio, ℞. Aqu. menth. cr.
carminat. an. unc. II.
fl. acac. unc. I. & sem.
sir. dias. Andern.
cich. c. rhab. an. unc. I.
rhabarb. el. pulv. scrup. II.

tart.

tart. Vitriolat.

R. Jalap. scrup. I. M.

Sumebant cochleatim, & omnes convaluêre, non temtis tamen aliis, quæ ratio & experientia dictitabat, remediis. Rustici *Wünschensulani* pueris, quorum alter V., alter trium annorum erat, dedi hunc:

℞. Tamarind. enucl. unc. sem.
myrobal. citr. dr. II.
coq. in aq. plantag. q. s.
Col. admisc.
sir. ros. solut. unc. sem.
pulv. rhabarb. elect. scr. I.
R. Jalap. gr. VIII.
santal. citr. scrup. sem.
aq. cinamom. scrup. IV. M.

Natu major duos crassos lumbricos cum acutis rostellis ἄνω rejecit, octavo pôst die, ex negligentia & morositate Parentum, decedens, alter adhuc superat. COS. nostratis filia XXIV. annor. in initio morbi accepit talem:

℞. Aqu. meliss.
carminativ. an. Unc. I.
cinam. cydoniat.
Sir. diaser. And. an. dr. III.
pulv. rad. Jalap. gr. XII. M.

Dimidiam partem statim exhausit, reliquam tertiâ post horâ. Laudabit adhuc felicem operationē. Dedi eandem *Philippo Roslovio*, coriario, viro robusto, pluribusque, & semper faustè. *Eliæ Kleyen* conjux, procera & validioris naturæ mulier, obtinuit à me:

℞. Aqu. plantag.
menth. cr. an. unc. I. & sem.

sir.

sir. diaser. dr. V.
pulv. rad. Jalap. scr. I.
tart. vitriol. gr. IV. M. pro 2. dosib.

At illa, contra mandatum meum, unico haustu ebibit, secessitque duodecies. Circa meridiem manare cœperunt menses, ultra biennium occlusi, qui tamen eôpse vespere cessabant. Cuncta tamen bene; siquidem adhuc vivit sana & robusta. Captivo in porta Nicolaitana misimus potiunculam *Himmeliæ* ita immutatam:

℞. rhabarb. elect. scrup. IV.
fl. ros. sicc. dr. sem.
rad. liquirit dr. sem.
Incis. minut. ebull. in s. q. aq. plantag.
stent per hor. III. in loco calid.
Col. expr. add.
sir. ros. sol. unc. sem.
pulv. R. Jalap. scrup. sem.
aq. cinamom. dr. II. M.

Dato adhuc pulvere antidysenterico morbus ex voto abactus. Eandem ferè dosin dedi *J. Nic.* Schildten/civis Isnacensis, conjugi, laudabili cum successu. Rustico autem Scherbdano:

℞. pulv. rhabarb. tost. dr. I.
myrobal. Ind. scrup. I.
rad. Jalap. gr. XII.
N. mosch. gr. III. f. pulv.
D. pro 2. dosib., uno tamen die sumendis,
cum aq. plantag. & menth.

Fluxum ipse postea solo *alumine* sedavit. Sanè utilissimum alumen intus datum in hoc affectu, teste D. *Blumentrost.* (g) Vel:

℞. pulv. rhabarb. el. scrup. II.

R. Ja-

(g) in Pharmacop. portatil. & domest. c. 2. p. 7.

R. Jalap. ſcrup. I.
crem. tartari ſcrup. ſem.
ſir. roſ. ſol. dr. X.
diſſolv. c. aq. cich. q. s. D.

3. Mavis *bolum ?* *Bolus.*

℞. Elect. de tamarind. c. f. ſen. Horſt. dr. III.
(vel elect. lenitiv.)
mag. R. Jalap gr. XIII. f. bolus. (h)

De *Jalapa* minor mihi placet doſis.

Pellio Hille capiebat dr. VI. iſtius elect. immixtis gr. III. tart. vitriol. & gr. II. *mag. Jalap.* & eluctabatur feliciter, quamvis ſumma cum difficultate. Scholaris XIX. annorum accepit.

℞. Elect. de tamarind. cit. unc. ſem. *Elect.*
tart. vitriolat.
Mag. Jalap. an. gr. III M.

& brevî convaluit, benedicente Domino.

CAPUT X.

DE USU JALAPÆ IN ARDORE CIRCA MESENTERIUM.

§. 1.

Vidua Ulmenſis ultra ſemeſtre φλόγωσιν perquàm moleſtam in dextra regione meſenterii, in aurora cunprimis invadentem diuque affligentem, ſuſtinuerat. Scopum ſuum direxit *Thoner.* (i) ad revellendum expellendumque humorem bilioſum, in venis meſaraicis moram trahentem, à cujus ebullitione ac effervefcentia malum iſtud oriri cenſebat: *(10.) In ardore circa meſenterium.*

℞. rhabarb. el. dr. II. *Pulv.*

R. Ja-

(h) Thoner. L. III. obſ. p. 169. (i) L. III. obſ. p. 174.

R. Jalap. scrup. sem.
crem. tart. gr. XII. f. pulv. c. juscul. pis. exhib.

Deinde dedit sequens *vinum* :

Vinum. ℞. rad. cichor.
enul.
polyp. q. rec. an. dr. II.
H. absinth. Rom.
card. ben.
adiant. utr. an. pug. I.
fol. sen. alex. s. st. dr. VI.
rhabarb elect. dr. III.
agaric. rec. trochisc. dr. II.
R. Ialap. dr. I. & sem.
crem. tart. scrup. IV.
jujub. & sebest. an. unc. sem.
galang. min. scrup. II.
c. sind. alb. f. saccul. inf. in vin. neccar. libr. III.
& aq. cichor. libr. I.

Vini hujus usum cum εὐφορίᾳ tulit, & citra ullam nauseam alternis matutinis dimidium quart. hausit, benignamque operationem laudavit.

Obs. §. 2. Memini, Practicum Hamburgensem D. O. R. Mercatori cuidam in simili affectu alia inter sœpiùs dedisse clysteres foliis senæ, rhabarb. el. & *Rad. Ialapæ resinosæ* exaltatos, ac conjux ejus bonum effectũ mihi prædicabat. Lusitanus Eruditus sumto prius cum jusculo pulvisculo sibi familiari, ex *Rad. Ialap* scr. I. nitr. præp. scr. sem. & sale tart. gr. VI. φλόγωσιν istam solo lapid. prunellæ, cum aqua cichorii hausto, creberrimè devicerat.

§. 3. Vidi Altenæ sutorem, errori Mennonis affinem, qui in eodem ferè ardore, consilio Medicastri

ſtri Apellæ, ſuccum nymphææ cum florib⁹ luteis
ebriùs uſurpabat, adhibito tamen antea purgan-
à Medico ordinario ſibi dato:

℞. *Rad. Jalap.* gr. XXVII.
ſacchar. puriſſ. parùm, adde III, ſeu IV. gutt.
ol. recent amygd. dulc.

Utrumque pro arcano ſuo habebat, & mirificè
mmendabat. Næ opinio quando cadit in idio-
s, eſt indelebilis. Sed quid efficaciùs regit mul-
udinem, quàm ſuperſtitio, ſeu opinio?

CAPUT XI.

DE USU JALAPÆ IN OBSTRUCTIONE HEPATIS.

§. I.

QUomodo Celeberrimus *Timæus à Güldenklee* (11.) *In hepatis obstructione.*
in hoc affectu proceſſerit, latius exponet in
aſibus ſuis medicis. (k) Ad evacuationem præ-
aratæ materiæ per alvum utebatur pulvere rha-
arb., *Jalap* & tart. Vitriolat. Et *Höferus* (l) nodu-
s purgantibus *Jalapâ* nobilitatis. DN. *Leonhar-
i*, tunc Aulæ Cameræque Ducalis Saxo-Iſnacen-
s Conſiliario, inſigniter profuit potio cum ele-
tuario, cujus utriusque virtutes coram me prædi-
abat. Illa erat hæc:

℞. f. ſen. alex. s. ſt. dr. III. *Potio.*
rhabarb. alex. ſcrup. IV.
agaric troch. ſcrup. II.
ſem. aniſ. ſcrup. IV.
Inciſ. & cont. aff. s. q. decoct. tamarind. cali-
diſſ.

ſtent

(k) L. III caſ. 21. (l) medicat. famil. p. 234. ſeq. & p.
278.

ſtent vaſe bene tecto per noct.
Mane, poſt lenem ebullition., expr. & Col. unc. III. & ſem. adm.
Sir. diaſ. Andern. unc. ſem.
cich. c. rhab. dr. VI.
tart. Vitriolat. gr. IV.
mag. Jalap. gr. III.
troch. alhand. gr. I.
aq. cinamom. dr. II. M. pro doſi una.

Elect. Hoc autem fuit tale: ℞. Conſerv. abſinth. & acetoſell. an. unc. I. & ſem.
condit. rad. cichor. & myrob chebul. an. unc. I.
troch. de eupator. ſcrup. IV.
ſem. acetoſ. & cich. an. ſcrup. I.
ſal. fumar. & tamariſc. an. gr. XVI.
ſp. diam. fr. dr. I.
f. c. ſ. q. ſirup. byzant. Elect.

Obſ. §. 2. Pauperculus Studioſus in Belgio εὐπόριστα nonnulla, & ſine impenſis facilè parabilia à me poſtulabat contra *obſtructionem epatis* dolorificam, dicens: ſe quidem hactenus cum pomis aſſatis *reſinam jalapæ* cum ſale fumariæ crebriùs uſurpâſſe, nec ſine emolumento. Nunc verò naturam haud ampliùs ùt medicamentum, ſed nutrimentum recipere. Salutarem ergò ſibi videri mutationem. Juſſi, ut poſt hac circa occaſum Lunæ ſolum pulv. *rad. Jalap.* ad drachm. ſem. cum tart. vitriol. gr. VIII. addita unâ alterâve guttulâ olei ſtilla-

llatitii carvi, in usum traheret. Fecit, & Dominus nedixit. Reliqua hûc non pertinent.

§. 3. D. *Augustinus Schopf*, Amicus Veneranis, ita olim ad me: *In pertinaciori hepatis oppilane non semel Jalapam nostram excellentissimam prehendi, quæ mihi nummos & magnam gloriam mparavit præteritâ septimanâ apud opulentum obilem, malo hoc misere afflictum. Ego sane quorm diffitear? nullo purgante, à primo praxeos meæ no, crebriùs tutiùsque, imo, si vera fateri fas sit efficiùs in utroque sexu, sanis & ægrotis, ipsis etiam puncults, usus sum, quàm Jalapâ cui Deus admirans & inenarrabiles virtutes infudit. Digna sanè vina prorsus radix aureâ statuâ, cui majoribus scribatur literis:*

JALAPA SERVATRIX MORTALIUM.

Ita *Schopfius* noster, Medicus exercitatissimus.

CAPUT XII.

E USU JALAPÆ IN CACHEXIA ET CACOCHYMIA.

§. 1.

D. *Michaël* in Colleg. MS. citato cachecticis (12.) *In cachexia & cacochymia. Vinum.*
largitur nodulum;

℞. Herb. agrimon.
eupator.
scolopendr.
cuscut.
ceterach. an. Man. II.
fl. cichor.
hepatic. nob.

R genist.

genist. an. Pug. II.
Rad. 5. aperient. an. unc. II.
esul. præp.
Jalap. an. unc. I.
helleb. n. pp. dr. VI.
agaric. alb. dr. III.
santal. rubr. dr. II. & sem.
crem. alb. tart. dr. II. f. nodulus.

In cachexia ab obstructione vasorum mesaraicorum, seu uteri, proveniente, *D. Paul. de Sorbait* hoc vinum propinabit: (m)

℞. H. cuscut.
capill. Veneris
lingu. cervin.
meliss.
puleg. an. Man. I.
absinth. pont. Man. sem.
fol. sen. s. st. unc. II.
rad. Jalap. unc. sem.
rhabarb. el. dr. II.
croc. martis cum sulfure præp.
tart. alb. præp. an. dr. sem.
Incis. & cont. D. ad nodul. superf. vin. alb. libr. V. stent insus. XXIV. hor. de quo postea, compresso nodulo, sumantur unc. VI, omni mane.

§. 2. Virgunculæ, ex inordinata diæta & frigore *cacochymica*, *Höfer*. dedit potiunculam. (n)

Potio. ℞. fol. sen. el. unc. sem.
sem. citri dr. II.
coq. in s. q. ad tertias.
Col. ℞. unc. II.
Mann. elect. unc. I.

pulv.

(m) Med. Pract. tr. I. c. 59. Add. Höfer. l. c. p. 252, & 764. Gockel. cons. med. XII. p. 156. (n) l. c. p. 183.

pulv. rhabarb. ſcrup. I.
Jalap. ſcrup. ſem.
ſpirit. vitriol. gutt. V. M. f. P.

Purgata quinquies κάτω, ſemel ἄνω. Monacho *cacochymico* Idem (o) dedit:

℞. Sir. diaſer. Andernac. unc. I. & ſem.
cryſt. tart.
pulv. rhabarb.
extr. cort. Ialap.
ſp. elect. de ſucc. roſ. an. ſcrup. I.
Aqu. aceroſ. q. s. f. P.

Virgunculæ ſeptenni cachecticæ, verminoſæ, & palpitatione cordis laboranti; hanc dedit *Lentilius*:

℞. Aq. cent. min. & cichor. an. unc. I.
cinam. dr. III.
pulv. Cornach. ſcr. I.
Mercur. dulc. ſcr. ſem.
Mag. Ialap. gr. VI.
ſir. fl. perſic. dr. VI. M.
Det. cochleatim.

§. 3. Illuſtri *cachectico*, ad pleniorem ſeroſi humoris evacuationem; *Güldenklee* præſcripſit bolum: (p) *Bolus.*

℞. Rob. ſambuc. dr. II.
reſin. gialap. gr. VII.
ol. citr. g. I. f. bolus ſacch. conſperg.

Vel: ℞. Conſerv. fumar. drachma. II. & ſem.
Mag. Ialap.
diagrid. corr. an. gr. VI.
ol. aurant. gutt. II. f. l. a. B.

Quo Nobilis Virgo XXIII. annorum, ſummè cacochymica, fauſte ſemper uſa eſt.

R 2 §. 4. *Theod.*

(o) l. a. p. 185. (p) L. III. caſ. 22.

Pulv. §. 4. *Theod. Mauricius* (q) inter lenientia & purgantia reponit hunc pulv.

℞. acid. tartari chalybeat. ſcrup. ſem.
reſin. Jalap. gr. IV.
croc. mart. aperient. gr. III.
ol. cinamom. gutt. I. M. f. Pulv.

℞. *pulv. Jalap.* ſcrup. I.
tart. vitriolat. ſcrup. ſem.
mag. gumm. gott. gr. V.
ol. cinam. gutt. II. M. f. p.

D. *Michaelis* hic: (r)

℞. *pulv. rad. Ialap.* ſcrup. I.
ſcammon. ſulfur.
croc. mart. ſacch. an. gr. VI.
ol. ſtill. macis gutt. II. D. pro una doſi.

Gockelianus ſequens: (s)

℞. *pulv. rad. Ialap.* ſcr. I. & ſem.
ſal. abſinth. ſcrup. ſem.
gumm. gott. corr. c. vitriolo. gr. IV.
M. f. P.

Alium *cachecticum* à copioſa ingluvie, in artubus & facie pendula veſtigia ſignante, liberavit *Rolfinc.* (t) ſolâ *Ialap.* ad. drachm. ſem. ſumtâ in rob ſambuci. Multos alios *pulveres*, pro *cacochymicis*, ſcriptos, vide apud Eundem, (u) ut, judicio ejus, (w) ſit maneatque *cujuscunque cacochymiæ magiſtra* admirabilis *Ialapa*.

§. 5. *Pilulæ Gockelianæ* hæ ſunt pro robuſto: (x)

Pilulæ. ℞. Extr. panchym. Croll. gr. XXV.
mag. Ialap. gr. V.
M. c.

(q) diſp. inaug. de cachexia c. 9. Jen. 1677. (r) in colleg. cit. (s) conſ. med. 12. p. 161. (t) de purgant. vegetabil. S. II. art. 3. c. 5. p. 98. (u) l. c. S. II. a. 3. c. 6. p. 100. (w) l. c. p. 89. (x) l. a.

M.c. tinct. tart. & f. pil. XXI. pro dosi.

Vel: ℞. mercur. dulcific. gr. XV.
mag. Ialap. gr. VII.
c. rob ebul. q. s. f. massa,
ex qua f. pil. XXI. inaur. pro dosi. (y)

Vel: ℞. MP. tartar. Bont.
hydrag. Bont. an. scrup. sem.
mag. Ialap. gr. V.
M. f. c. tinct. tart. pil. XXI. (z)

§. 6. Puellus biennis, achoribus ante hac laborans, sed iisdem subitò disparentibus pedibus valde intumescit ad abdomen usque, subsequente gravitate pectoris & spiritûs difficultate, quæ symptomata *Ridlin.* (a) ita propulsavit: *Lambile.*

℞. *Gialap. gr.* XV.
gumm. gott. corr. gr. VI.
cholag. s. gr. II.
sir. viol. & julep. ros. an. dr. I. & sem.
M. f. lambile. S. Säfftlein auff einmahl.

Dedit insuper singulis diebus scrup. sem. CC. præparat.

§. 7. *Morsuli Gockeliani* hi sunt: (b) *Morsuli.*

℞. *pulv. rad. Jalap.* dr. II.
sp. Imperat. crassiusculè incis.
flaved. cort. citr. minut. incis. an. dr. I.
sacch. alb. c. aq. ros. q. s. sol. unc. II.
f. morsul. num. VIII. æqu. magnitud.
Dos. sit unus pro una vice.

§. 8. Ita judiciô *Wedelianô*, cui ipsa favet veritas & Alma salus, (c) *Gialapa optimum cachexiæ remedium exstat. Siquidem copiam seri vappescentis,* *Summa Ialapa laus.*

(y) l. c. p. 160. (z) Id. l. c. p. 162. Add. Rolfinc. de purgant. vegetabil. S. I. a. l. c. 17. (a) C. II. obs. 71. (b) l. c. p. 158. (c) disp. cit. §. 6. p. 25.

tis, oleosas sanguinis partes depauperantem, deplet, ut hinc in ordinem insimul redire possit; & justâ proportione & circulo liquorum vitalium restitutis inculpata redeat sanitas, extravasati, & tumores œdematosos inferentes succi aquosi exturbentur, tonusque viscerum æquè ac nutritio ad leges Naturæ reducantur.

CAPUT XIII.

DE USU JALAPÆ IN HYDROPE, ET QVIDEM ASCITE.

§. I.

(13.) *In hydrope ascite.* PRimùm purgatio instituenda est solenniter per apozema *aperiens, phlegmagogum* & *hydragogum*, cujus formulam (licèt prolixiorem) dictabit *Laz. Riverius*: (d)

Apozema.

℞. Rad. eryngii
rub. tinctor.
apii
petroselin.
enul. camp. an. unc. I.
valerian.
asari
ebuli
irid. nostr. an. unc. sem.
cort. rad. cappar.
med. fraxin.
tamarisc. an. dr. VI.
fol. agrimon.
ceterach.

capill.

(d) L. VI. Prax. c. 6. p. m. 199.

capill. Vener.
chamædr.
hyperic.
absinth.
centaur. min. an. Man. I.
soldanell. Man. sem.
sem. dauci & ebul.
petrosel. maced.
fœnic. an. unc. sem.
liquirit. ras.
passul. mund. an. unc. I.
f. senæ mundat. unc. I.
agaric. in nodul. ligat. dr. III.
Rad. Ialap. unc. I.
Zingib.
caryophyll. an. dr. I.
fl. genist.
sambuc.
tamarisc. an. Pug. I.
coq. in p. æqu. aq. chalybeat. & vin. alb. sub fin. addit. ad quartaria quinque.
In colat. dissolv. sirup. de cich. comp. c. rheo unc. IV.
f. apozema clarum aromatis. dr. III. cinam.
pro 3. dos. matutin.

Ioann. Costerus (e) tale præparat:

℞. rad. cichor. dr. VI.
gramin.
asparag.
fœnic.
rub. tinct. an. unc. sem.

(e) aff. tot. corp. human. præcip. theor. & prax. tab. 63.

cort. int. ebul.
sambuc. an. dr. III.
H. capill. Vener.
agrimon.
absinth.
betonic.
chamædr. an. Man. sem.
fl. centaur. min.
genist. an. pug. II.
sem. petrosel.
ammeos an. dr. I.
fol. sen. unc. I.
agaric. troch. unc. sem.
Jalap. dr. III.
stent infus. per noct. in aq. s.
Col. ℞. libr. I. & sem. add.
Sir. de cich. c. rhab. unc. III.
betonic.
aq. cinamom. an. unc. sem. M.
Dos. unc. I. sing. dieb.

§. 2. Valde etiam proficuum *vinum medicatum* apud *Birlingium*, (f) quod Pastoris pagani conjugi insigni cum emolumento olim dedi, quæ in integrum mox sibi restituebatur.

Vinum. ℞. Rad. *f.* aperient.
ireos nostr.
vincetox. an. dr. I. & sem.
jalap. dr. II.
cort. int. sambuc.
fol. enul.
soldanell. an. dr. III.
H. absinth. pont.
centaur. min. an. Man. I.

fl. sam-

(f) C. I. advers. curios. obs. 15. p. 34.

fl. sambuc.
centaur. min. an. pug. II.
fol. sen. s. st. dr. V.
rhabarb. dr. I. & sem.
sem. anis.
calam. aromat. an. dr. I.
galang. dr. II.
tart. crud. unc. sem.
f. l. a. nodul.

Laudabile etiam *Barbettianum* : (g)

℞. Rad. gentian.
irid.
cichor.
fœnic.
imperator. an. unc. I.
cort. med. sambuc. unc. I. & sem.
fol. chamæpith. Man. I.
rorismar. pug. II.
fl. cent. min. pug. I.
sem. apii
coriandr.
carv.
urtic. Rom.
fœnic. an. dr. I.
fol. sen. elect. unc. II.
agaric. leviss. dr. III.
Ialap. unc. sem.
turbit dr. I. & sem.
Concis. inf. in libr. VI. vin. rhen. dos. unc. IV.

Sequens plurimum seri evacuavit, urinâ largiter fluente, sudoreque aliquoties cum optato successu insequente, ut brevî omninò reddita sibi fuerit femina XL. annorum. (h)

(g) P. II. Chirurg. L. I. c. 6. p. 117. (h) Ridlin, C. III, obs. med. 16.

℞. Rad. vincetoxic. unc. I.
irid. nostr. dr. VI.
bryon. unc. sem.
petroselin.
fœnic. an. dr. II.
Jalap. unc. sem.
H. card. ben.
centaur. min. an. Man. I.
fol. sen. alex. s. st. unc. I.
pulp. sem. cartham. unc. sem.
cort. aurant. sicc. dr. II.
sem. anis.
fœnic.
calam. aromat. an. dr. I.
passul. min. unc. I.
tart. alb. unc. sem.
Incis. & cont. D. zu ½. Maaß Wein und so viel Wasser.

Thoner. dabit hoc: (i)

℞. rad. enul.
cichor.
fœnic. an. dr. II.
H. hyssop.
absinth.
card. ben.
meliss.
adiant. utr. an. pug. I.
fol. sen. s. st. dr. X.
rhabarb. el. dr. III.
agaric. troch.
jalap. an. dr. II. & sem.
crem. tart. dr. I. & sem.
sem. anis. dr. I.

(i) L. III. obs. p. 153.

gal. ſcrup. I.
f. ſaccul. pro menſ. hydromel. ſeu vini.

Aliud *vinum antihydropicum*, quod *probatiſſi-*
mum vocat *Sorbait* (k) hoc eſt :

℞. fol. ſenn. ſ. ſt. unc. II.
rad. Ialap. unc. ſem.
troch. de eupator.
rhabarb. an. dr. II.
cort. eſul.
med. ſambuc. an. dr. I. & ſem.
Rad. ireos noſtr.
lapp. major. an. unc. I.
tart. crud. Venet. unc. V.
fol. gratiol.
ſoldanell. an. Man. I.
Inciſ. omnia & cont. D. ad nodul. ligat.

Si magnæ adſint obſtructiones, etiam chalybis præparati uncia ſemis, & ſi pituita multùm abundet, agarici drachmæ duæ addi poſſunt. Hiſce ſpeciebus ſuperaffunde vini albi ſextar. quinque, ſtent in digeſtione poſt fornacem XXIV. hor. Dein, factâ prius ſacculi expreſſione, dentur omni mane unc. VI. Et ſi caliditas vini timeatur, aliquot cochlearia brodii carnis uno quadrante horæ antè ſumi poſſunt. Vinum, quod in ictero cum hydrope, nephritide, & iſchuria ſtipato uſurpavit D. *Maichanquez Ialapâ* noſtrâ auctum, vide ſîs apud *Bonet.* (l) Proment etiam CL. *Decker.* (m) & *Wolfgang. Hôfer.* (n) vina, apozemata, & alia, cuncta verò *Ialapâ* ornata.

§. 3. Vel

(k) Med. Pr. tr. I. c. 54. (l) Med. ſept. L. III. S. XXI. c. 7. p. 679. (m) exercit. pract. circa M. M. c. 5. (n) l. c. p. 209. ſeq. conf. Tiling. Rhabarbarolog. P. IV. p. 650. ſeq.

§. 3. Vel paretur in *hydrope* scorbutico *cerevisia absinthites laxativa*, & bibatur per intervalla: (o)

Cerevisia medic.

℞. fol. soldanall.
fumar.
cochlear. an. Man. I.
nasturt. Man. sem.
cort. int. rad. ebul. Man. sem.
cappar. unc. sem.
tamarisc.
fraxin. an. dr. V.
citr. unc. sem.
Rad. Gialap. dr. VI.
fol. sen. s. st. unc. I. & sem.
mechoacann. alb. unc. sem.
rhabarb. el. dr. III.
cinamom. acutiss. dr. II.
Zingib. alb. dr. I. & sem.
sem. anis.
fœnic. an. dr. II.
bacc. junip. unc. I. & sem.

Grosso modo incis. & saccul. lineo inclus. suspend. in doliolo cerevis. recent. libr. XXIV. donec deferbeant. Hinc nodulus eximatur, & cerevis. usui reservetur: palato, si cui amara placent, haud ingrata.

§. 4. In usum quoque trahamus *pulveres*.

Pulv.

℞. *pulv. Jalap.* dr. sem.
cryst. tart. scrup. I.
sp. diarrhod. Abb. gr. VII. M. (p)

Zwelferianus (q) hujus descriptionis:

℞. Rad. asari

calam.

(o) Tim. L. III. cas. 24. (p) Grüling. L. III. prax. P. V. c. 4. p. 318 (q) append. in Pharm. Reg. ad Cl. IX. p. m. 135.

calam. arom.
gialap.
mechoacann.
hermodact. an. dr. II.
H. gratiol.
soldanell. an. dr. II. & sem.
fol. mezerei dr. II.
resin. scammon.
amygd. bene subact.
f. pulv. subtiliss.
cujus Dos. dr. sem. ad dr. I. singulis quaternis diebus propinandus.

...imanus hic: (r)

℞. *pulv.* rhabarb. scrup. I.
gialap. gr. IX.
mag. gumm. gott. gr. II.
ol. still. macer. gutt. II. M.

Michaëlitanus in colleg. MS. cit., quem quoque *...rid. Hofman.* (s) & *Waldschmid* (t) dilaudant, se...quens:

℞. *Rad. Ialap.* scrup. I.
mag. gumm. de Peru gr. VI.
croc. mart. sacchar. gr. VIII.
ol. cinamom. g. I. M. pro dosi.

Dedi eundem rustico *Vörtensi* XXII. annorum ...optato cum successu, aucta tamen *Ialapâ* ad gr. ...XXIV. Dn. *Blassii*, Past. *Neukirchensis*, uxor, su...periori anno eundem feliciter ex jusculo hauriebat. ...Purgata siquidem duodecies & ultrà, per quatri...duum antea obstructa.

...Riverianus hic est: (u)

℞. sen. mundat.

tur-

(r) L. III. cas. 24. (s) l. c. p. 94. (t) Instit. Med. ration. L. ...V. c. 12. p. 188. (u) L. VI. Prax. c. 6. p. 200.

turbith. gummos.
hermodact.
sem. ebul.
jalap.
mechoacann. an. dr. I. (unc. I.)
crem. tart. dr. II.
gutt. gumm. dr. sem.
pulv. diambr.
diarrh. Abb.
sem. fœnic. an. scrup. I.
sacch. cand. dr. III.
f. pulv., cujus dr. II. seu dr. II. c. dimid. in
per noct. in vini alb. unc. IV., capiat ægr
post purgationem universalem semel i
septimana.

Idem *River. in observ. cent. sec.* viduæ cuidam
post quædam alia, potissimùm vini medicati usum
hunc præscripsit pulv., quem modò diximus, quar
to vel quinto quoque die sumendum.

Rolfincciantus talis : (w)
℞. *Rad. gialap. resinos.* scrup. I.
crem. tart. scrup. sem.
sp. vitriol. gutt. III.
elæosacch. cinam. g. VI. M. f. pulv.

Deckerianus hic : (x)
℞. *rad.* mechoacann. dr. sem.
Jalap. scrup. I.
magist. tart. Vitriolat.
sal. sambuc. an. gr. VII.
ol. caryophyll.
junip. an. g. II. M. f. pulv.

Tho-

(w) L. VIII. conf. 9. (x) ad L. IV. Prax. Barbett.
c. 4. p. m. 167.

onerianus autem: (y)

℞. Rhabarb. el.
R. Jalap. an. ſcrup. II.
diagrid. præp. gr. III.
crem. tart. ſcrup. ſem. M. f. p.

olæanus: (z) ℞. tart. vitriolat. gr. XV.
reſin. Jalap. ſcrup. ſem.
troch. alhand. gr. II. M.

lexander Deodatus curationem compendioſam uidam poſcenti dabat ſequentem: (a)

℞. fol. ſen. orient.
rad. Jalap.
crem. tart. an. dr. ſem.
cinamom. ſcrup. ſem.
rhabarb. el. gr. VI. M.
Sumat. ex vin. alb. in aurora.

Vel: ℞. *pulv. rad. Jalap.* gr. XXV.
mag. gumm. gott. gr. VIII.
crem. tart. gr. VII.
ol. cinamom. deſtill. gutt. I. M. f. p.

Granarii ſcribæ & Senatori cuidam non ſine alevamento dedi hunc:

℞. *pulv. rad. Jalap.* ſcrup. I.
cryſt. tart. gr. IV.
mag. Jal. gr. III. (IV.)
ol. aurant. g. II. M.

Chriſtina Albrechtin/paupercula ante portam Georgianam, ex nimio frigidæ potu, ſuperiori æſtate in hunc morbum lapſa, eandem doſin bis, vel er à me accepit, cum augmento duorum granorum troch. alhand. Largitus eidem ſtomachicum ex

℞. Eſſ.

(y) L. III. obſ. p. 153. (z) L. III. Encycl. med. c. 9. p. 596. (a) Valetudinar. p. 159.

Ess. stom. ℞. Ess. absinth. comp.
fumar.
centaur. min. an. dr. I. & sem.
sp. sal. armon. anis. dr. sem. M.
Dos. à XXXVI. ad XL gutt.

Et paucissimis his perfectè curata est. Soli Deo gloria! Monui, ut posthac, ad fallendam sitim in æstu æstivali intensiori, *bellides* comederet, ne ex scylla in charybdim caderet. (b) Veniebat ad me *Observ.* Anno MDCLXXXVIII. *Petrus* Schäfer / rusticus Eichsfeldensis, XXVIII. annorum, ex inveterata quartana in incipientem *hydropem* ascitem lapsus. Viso primùm homine, & conjuncto isto Medicorum scandalo, vix aliquid spei superesse rebar; singulari tamen boni Viri in me fiduciâ commotus, præmisso laxante, diebus intermissionis, mane ac vesperi de spirit. sal coagulat. Myns. c. aq. absinth. & agrimon., additis cuilibet dosi aliquot guttis spirit. fl. sambuci, dedi: ipso autem accessionis die, novem decemve ante paroxysmum hor., ex sola *Jalapa* cum cryst. tart. & tart. vitriol. pulvisculum, à quo largiter & bene evacuatus. Unâ verò ante insultum febrilem horâ sumsit antiquartanarium meum. Et tertiâ vice hoc repetito, febris cessit, hydrope etiam postea, inquilinis maximè remediis, Dei gratiâ, profligato. (c) Tentetur etiam, quid valeat *bufonum* pulvis cum *Jalapa* conjungen-*Pulv.* dus. Dentur primò *pulv. bufon.* gr. VIII. cum *Jalap.* scrup. I. M. Altero die dentur gr. XII. c. *pulv. Jalap.* scrup. I. & sic adscendendo ad scrup. I. Si verò æger inde admodum debilitari conspiciatur, interpone post unam vel alteram assumtionem diem

(b) Vid. Minderer. Med. milit. p. 71. (c) Vid. Dec. 2. obs. m. Med. Phys. num. 1. p. 138. Dec. II. Eph. cur. ann. VII. annex.

em unum alterumve. (d) Imo sola *Jalapa* haud rò hydropem orientem feliciter abegit, cumpri- is in juvenili & robusta ætate; visceribus non- um corruptis, sed adhuc integris. (e) Elegans *Alia obs.* ujus rei exemplum nobis suppeditat D. D. *Adam Lebenvvald* (f) de pauperculo, *hydrope ascite* n per integrum annum laborante, cui suasit, ut *lap.* pulv. drachm. unam sumeret, atque deinde r aliquot septimanas manè, & horâ unâ ante enam, Rob ebuli, quantum mediocre cochlear pit, devoraret, ac sæpe fotum ex decocto fol. ebu- ventri tumido applicaret. Quô factô, in inte- um convaluit. Verè S. *Augustinus*: (f) *Cor- ris medicamenta, ait, quæ hominibus ab hominibus lhibentur, non nisi eis prosunt, quibus Deus opera- r salutem, qui & sine illis mederi potest, cùm sine lo illa non possint.* Et gravida ista, falsò pro *hy- ropica* habita, rad. hujus drachmâ una ex vino mta, meliùs habuit. (g)

§. 5. Laudem quoque merentur *Pilulæ.* In acie *Pilul.* ent *Zvvelferianæ*: (h) *Zvvelf.*

℞. Succ. inspissat. absinth.
agrimon.
ireos nostr.
extr. seu decoct. inspissat. rad. hermodact.
ebuli
cort. med. sambuc.
centaur. min. an. unc. sem.
Elaterii, seu succi inspissat. cucum. asinin. dr. I. & sem.
aloës opt. pellucid. unc. III.

S Dilua-

(d) Jüngken. Vad. mecum p. 179. (e) Vid. Wedel. sp. cit. c. 6. p. 25. (f) Dec. II. Eph. ann. VIII. obs. 119. (f) IV. de doctr. christ. (g) Binnig. L. IV. obs. 99. (h) ap- end. ad animadv. in Pharm. August. p. m. 18. seq.

Dilautur prius aloë nonnihil cum decocto Centaur. min. non inspissato, cui jung. succ. inspiss., extracta aut decocta superiùs denominata, & leni calore ignis, non Solis (plus enim quàm ignis calore vegetabilibus, à sua stirpe vel radice avulsis, de viribus detrahitur,) ad debitam consistent. abstrah., addendo (si lubet) de pulv. seu oleis destill., quæ congrua videntur, ut pote pilulis hisce hydragogis, ante totalem autem earum exsiccationem,

pulv. mastich.
myrrh.
succin. alb. an. dr. III.
Magist. Jalap. amygd. subact. dr. I. & sem.

Et postquam competentem jam consistentiam nacta est massa, nec amplius in calore detinenda, superadde

ol. still. cinamom.
calam. arom.
caryophyll. an. dr. sem.

M. omnia exactè, fiatque massa justæ consistentiæ. Dos. scrup. sem. ad totum & dr. sem.

Decker. *Deckerianæ* sunt: (i)

℞. Extract. elaterii gr. VIII.
mag. gummi gott.
resin. Jalap. an. gr. V.
fecul. rad. ireos nostr. g. VI.
ol. macis still. g. II. M. f. pil. no. VII.
Deaur. & pulv. cinamom. consperg.

Grüling. *Grülingianæ* tales: (k)

℞. *pulv. rad. Jalap.* dr. sem.
tart. vitriolat. scrup. sem.
gumm. de Peru gr. V.

c. sir.

(i) in not. ad Prax. Barbett. L. IV. c. 4. p. 167. (k) L. III. Prax. P. V. c. 4. p. 318.

c. ſir. de abſinth. f. pil. num. XII.

Dolaana ſic formantur: (l) **Dolai.**

℞. *reſin. jalap.* ſcrup. ſem.
troch. alhand. gr. III.
Mag. g. g. gr. II.
mercur. dulc. ſcrup. ſem.
ol. ſtill. carv. g. III. M. f. pil. num. XI.

D. D. *de Muralto* uſurpat tales: (m) **Muralt.**

℞. Mercur. dulc. ſcrup. ſem.
reſin. Jalap. gr. XII.
ammon. ſol. q. s. f. pil.

Vel: ℞. *Reſin. Jalap.* ſcrup. ſem.
troch. alhand. gr. III.
mercur. dulc. ſcrup. ſem.
ol. anis. gutt. III. M. f. P.

D. *Joſeph Ignat. Muſchel* de *Moſchau* his uſus **Muſchel.** eſt inſigni cum commodo. (n)

℞. *Mag. Ialap.* gr. VI.
elater. præp. gr. II.
f. c. ſirup. de 5. radic. pil. VII. pro una doſi.

Addo *Iúngkenianas*: (o) **Iúngken.**

℞. Gumm. ammoniac. ſcrup. ſem.
mercur. dulc. gr. XII.
reſin. Ialap. gr. VI.
extr. troch. alhand. gr. III. f. pil. pro doſi.

§. 6. Utiliſſimum quoque *electuarium hydragogum Sylvianum*, (p) in uſum Noſoco mii Leydenſis excogitatum, crebriusque cum ægrorum commodo uſurpatum:

℞. bacc. Junip. in aq. coctar. expreſſ. & ad pulpæ conſiſt. redact. **Elect.**

 pulp.

(l) L. III. Encyclop. med. c. 9. p. 576. (m) Dec. II. Eph. ann. VIII. obſ. 4. (n) l. c. obſ. 141. (o) Vade mecum Prax. modern, p. 177. (p) L. I. Prax. c. 7. §. 55. p. m. 39.

pulp. tamarind. an. unc. IV.
rad. Jalap. unc. I. & sem.
scammon. elect. unc. I.
cinamom. acut.
sem. fœnic. dulc. an. dr. II,
sacch. clarificat. unc. X. M. f. elect.

Dosis in adultis à dr. III ad IV. Blandum, efficax, nec ingratum medicamentum est. Quod, si per se assumere nolis, in aq. fœnil., petroselin., aliâve commodè dissolvere potes.

Apud *Frid. Hofmann.* tale prostat: (q)

℞. rad. *Ialap.* opt. resinos. & pulveris. unc. I.
elect. diacariocostin. libr. sem.

appon. in vase super lent. ignem, & dum incorporatur cum spatula, sumat. Sirup. de polypod. unc II. in forma opiat., remove ab igne, irrorent. c. aliquot guttul. aq. cinamom. destill. & S. ad usum. In hydrope & arthritide maximè utile. Dos. à dr. II. ad III.

Extract. hydragog. §. 7. Insignis quoque efficaciæ *extractum hydragogum Zvvelferi* (r) & *Mynsichti*, (s) quæ vide apud Autores ipsos. *Iüngkenius* (t) dat pauperibus:

℞. Rob. ebul. unc. sem.
resin. Ialap. gr. VII.
extr. colocynth. gr. II. M. D. pro dosi.

Singularis cura hydropis. D. *Simon Schultz* (u) singularem hydropis curationem affert, in qua, usus *pulvere* suprà dicto, (vv) & sequentibus:

℞. Elect. laxativ.

extr.

(q) l. c. p. 93. (r) in append. ad Pharm. Reg. ad Class. VII. p. m. 128. seq. (s) S. III. Armament. p. 64. (t) Vad. mec. p. 177. (u) Dec. I. Eph. ann. III. obs. 147. (W) inter pulv. num. XI. L. I. c. 9.

extr. f. ſenæ noſtr. dr. VI.
reſin. Ialap. gr. VII. M. D.
℞. f. ſen. ſ. ſt. unc. I.
rhei el. dr. VI.
jalap. dr. X.
mechoacann. unc. I. & ſem.
rad. bryon.
cort. rad. cappar. an. dr. III.
cinamom. el. dr. II.
Inciſ. craſſiuscul. D. inf. in vin. gallic.

Omnia benè. Sed ſpecies ultimò in vino coctæ aliquoties repetitæ, & calidè ventri applicatæ quàm optimè profuêre. Siquidem poſt applicationem illarum ſemper aliquot dejectiones cum euphoria & magno morbi decremento ſubſecutæ ſunt, quem ſucceſſum etiam in ſimili caſu in alia matrona notavit. Species verò erant tales:

℞. Rad. ireos noſtr.
leviſtic.
calam. arom.
cyperi
galang.
cort. rad. cappar. an. unc. I
bryon. unc. III.
bacc. laur. num. XV.
junip. dr. X.
ſem. leviſt.
dauci
carvi & aniſ. an. dr. VI
Cort. inter. ſambuc. M. II.
ſummit. aneth.
abſinth.
fl. ſambuc. an. Man. I.
H. parietar.

origan.
menth. an. M II.
Incis. crassiusculè D. ad chart.

§. 8. Civi è nostratibus honesto dedi nuper:

Sirup. ℞. Sirup. dias. Andernac.
de spin. cerv. an. unc. I. & sem.
tart. Vitriol. scrup. I.
Rad. Jalap. gr. XXV. M.
D. unum seu duo cochlear. in jusćul. prun.

Bolus, *Bolus Timæanus*, blandè educens serosos humores, hic est: (x)

℞. Rob sambuc. dr. II.
conf. alcherm. scrup. sem.
resin. Ialap. gr. VII.
M. f. bolus, asperg. saccharo.

Ejusdem valoris ille apud *Frid. Hofmann.* (y)

℞. rob ebul. dr. I.
mag. gummi de Peru gr. VI.
resin. Ialap gr. VIII.
ol. destill. anis. gutt. III.
f. c. sacch. bolus.

Morsuli, §. 9. Egregii quoque *Morsuli Timæani*: (z)

℞. Magist. gummi de Peru dr. I.
læviget. in marmor. c. ol. still. macer. postea add.
resin. Ialap. s. a. solut. dr. II.
cinamom. acutiss. scrup. IV.
caryophyll. scrup. II.
maceris scrup. I.
Aromata grosso modo incidant. & c. sacch. in aq. cinam. solut. f.
Morsuli.

§. 10. De

(x) L. III. cas. med. 24. p. 140. (y) l. a. p. 94. (z) in descript. medicament. casib. ejus annex. p. 426.

§. 10. De *arcano* suo *antihydropico* ita *Borell.* (a) Aquæ vitæ beneficio, ait, extrahitur è *Jalapio* pulverisato, nodulo incluso, eique infuso, & caniculæ ardoribus exposito, *substantia purgans*, quæ non *extractum* ejus, sed *gummi* est; sic enim separari possunt. Si aqua vitæ calidè filtretur per chartam emporeticam, in fundo relinquet gummi, postea verò aquæ desiccatione *extractum* etiam remanebit, sed *gummi* minore dosi, utpote scrup. I. miras faciet evacuationes aquarum. Est enim specificum ad *hydropicos* remedium, unicaque pilula dari potest. Nec sterile fuerit *hydragogum Thoneri*: (b) *Arcanum Borelli.* *Hydrag. Thoner.*

℞. *Magist. Ialap.* scrup. I.
gumm. gamaric. scrup. sem.
Sir. cinamom. dr. II. M.

Vel: ℞. *Resin. Jalap.* gr. XV.
solv. c. vitello ovi, add.
aq. meliss. dr. VI.
sir. de spin. cerv. dr. sem.
tinct. tart. g. XV. M. f. H.

CAPUT XIV.

DE USU JALAPÆ IN TYMPANITE.

§. I.

HOEferus (c) seni cuidam semitympanitico hanc potionem dabat: (14.) *In tympanite.*

℞. elect. de succo ros. unc. sem. *Potio.*
mann. calabrin. dr. VI.
pulv. rhabarb.

(a) C. II, obs. 23. (b) L. III. obs med. p. 149. (c) l. c. p. 507.

jalap. an.gr. XV.
aq. meliss. q.s. f. Potio.

§. 2. Conscripsit etiam varias purgantium formulas (tàm in hoc morbo quàm anasarca) usurpandas D. *Michaël*: (d)

Pulv. ℞. Tart. alb. scrup. I.
specif. purg. Paracels. (ex tart. Vitriolat.)
mag. gummi de Peru
resin. Jalap. an.gr. VI. M.

℞. Tart. vitriolat. scrup. I.
resin. Ialap.
mag. gummi de Peru an. gr. VI.
ol. stillat. macis. g. II. M.

Bolus. §. 3. Vel: ℞. Conserv. fl. persic. dr. I.
mercur. dulc. scrup. I.
resin. Jalap. gr. V.
f. bolus sacch. consperg. D.
(vel sumat. loco merc. dulc. merc. vit. q.s.)

℞. Conserv. fl. cichor. dr. I.
pulv. rad. Jalap. scrup. I.
mag. gummi de Peru gr. VI.
c. s. q. sacch. f. bol. D.

℞. Conserv. fl. persic. scrup. II.
mag. gumm. de Peru gr. VII.
resin. Ialap. gr. VII.
sir. fl. persic. q.s. F. bolus.

Pilul. §. 4. *Pilulas* ita parabis:
℞. Extract. elater. gr. VIII.
mag. gummi de Peru
resin. Jalap. an. gr. V. f. pilul.

Gelatina. *Gelatinam* sic:
℞. diacydon. simpl. dr. I.

resin.

(d) in colleg. MS. cit.

resin. Jalap.
gummi de Peru, an. gr. VI.
M. f. gelatina, S.
Laxirende Quitten-Lattwerge auf einmahl.

§. 5. Si quis cupiat *vina*, seligat è tribus unum:

Vinum.

℞. H. agrimon.
cuscut
eupator.
fl. bellid. an. Man. sem.
fl. epat. nob.
cichor.
genist. an. pug. II.
rhabarb. Monach. dr. I. & sem.
helleb. n.
esul. præp.
Jalap. an. unc. I.
santal. rubr. dr. III.
tart. alb. dr. II. f. nodul.

Vel: ℞. Comar. absinth.
fl. centaur. min. an. Man. I.
fl. bellid.
cichor.
genist.
epat. nob. an. pug. II.
cort. int. frangul.
sambuc. an. unc. sem.
Rad. esul. præp.
Jalap. an. unc. sem.
sal. absinth.
cichor.
genist. an. scrup. I.
Incis. & cont. asperg. tinct. tart. f. nodul.

Vel: ℞. H. gratiol.
fl. bellid. & acac. an. Man. I.
rad. esul. præp. unc. II.
Jalap. unc. I. & sem.
rhabarb. Monach. unc. I.
Passul. min. unc. I.
Inc. & cont. grossi. modo, asperg. Tinct. tart. f
nodul.

CAPUT XV.
DE USU JALAPÆ IN ANASARCA.

§. 1.

(15.) *In anasarca.* *Vinum.*

CL. *Frid. Decker.* (e) Virgini septuagenariæ varia inter etiam hoc præscripsit *vinum*:
℞. fol. eupator.
cannab.
menth. cr.
majoran.
fl. centaur. min. an. Man. sem.
bacc. Junip. unc. sem.
Rad. Jalap.
mechoacann. an. unc. I.
spic. nard. dr. I.
cinamom. dr. III.
macis dr. II.
Concis. & crasso modo contus. sacculoque inclus. aff. vin. pint. VI.

§. 2. Ancillæ ex defectu mensium leucophlegmatiâ laboranti *Höfer.* dedit; (f) hunc haustum:
℞. Sir.

(e) in not. ad Prax. Barbett, lib. & cap. cit. p. 173. (f) l. c. p. 182.

℞. Sir. diaſ. Andernac. *Potio,*
de trib. laxativ. an. dr. VI.
pulv. rhabarb.
jalap. an. ſcrup. I.
reſin. ſcammon. gr. VII.
aq. meliſſ. & cinam. c. vin. a. q. s. f. H.
em aurigæ *p. 427.* dedit hunc pulv.
℞. ſp. diaturbit c. rhab. dr. ſem.
Jalap. ſcr. I.
ſp. ſalis. g. IV.
ol. ſtill. aniſ. g. III.
M. pro 3. doſib.

§. 3. Quidam juvenis cœlebs unico hoc pulve-
liberatus à *Thonero*: (g)
℞. Rhabarb. elect. ſcrup. II. *Pulv.*
rad. Jalap. ſcrup. II. & ſem.
diagrid. præp. gr. III.
crem. tart. ſcrup. ſem.
f. pulv. c. hydromel. exhib.
Ex in copioſum alvi profluvium ſubſecutum, non parùm debilitatus, à morbo tamen redem-
ıs, brevì poſt εὔσαρκος evaſerit. *Hôferus* cuidam
abat. (h)
℞. Spec. diaturbit c. rhab. dr. ſem.
pulv. Jalap. ſcrup. I.
ſp. ſalis gutt. IV.
ol. ſtill. anis. gutt. III. M. f. pulv. pro 3. doſib.

§. 4. *Ridlin.* (i) puellæ XV. annor. in initio *Bolus,*
morbi, viſceribus adhuc integris, dabat *bolum*:
℞. Conſerv. roſ. Vitriolat. dr. I.
pulv. Jalap. dr. ſem.
diagrid. ſulfurat. ſcrup. ſem.
ſucc.

(g) L. III. obſ. p. 153. (h) l. c. p. 427. (i) C. II. obſ. 69.

succ. citr. parùm, consperg. sacch. S.
Purgier-Zucker auf einmahl.

CAPUT XVI.
DE USU JALAPÆ IN ICTERO FLAVO.

§. I.

(16.) In ictero flavo,

G*Vernerus Rolfinccius*, Vir de Arte saluberrima præclarè meritus, (k) in icteri principio leniora, in progressu validiora exhibet purgantia, hasque species in hunc usum promit:

Vinum,

℞. Rad. cichor.
fœnic.
fragar. an. unc. sem.
rhapont. ver. dr. II.
cort. tamarisc. unc. sem.
sem. anis. & fœnic. an. dr. sem.
H. cuscut.
marrub.
capill. vener. an. pug. III.
summit. absinth. Rom. pug. II.
fl. centaur. min. pug. III.
passul. min. mundat. incis. unc. sem.
rhabarb. el. dr. III.
fol. sen. alex. s. ft.
limat. chalib. præp. an. unc. sem.
agaric. troch.
Rad. Jalap. opt. an. dr. I. & sem.
spec. dia-rhodωn Abbat. dr. I.
D. pro nodul. incis. & cont. macerent. in vin.
Francic. libr. IV.

bibat

(k) L. VIII. cons. med. I.

bibat æger hor. matutin. IX. & veſpertina IV.
bon. hauſtum.

§. 2. De fœdo *ictero*, cum febre erratica inter-
ttente, latius agit D. *Ridlin.* (l) Pedibus tandem
nalo pertinaciori intumeſcentibus, potiunculam
mſit ægra, quæ ingentem eduxit Saburram, ſen-
nque omnia ſymptomata ſuſtulit, ut color cutis
idem citrinus adhuc fuerit, ſed febris doloresque
nnes remiſerint, ipſaque ad actiones ſuas ido-
a.

Potio,

℞. pulv. cornach. ſcrup. I.
mag. Jalap. cum nucl. pin. trit. gr. VII.
ſir. roſ. ſolut. unc. ſem.
tart. vitriolat. ſcrup. ſem.
Dec. fl. & fruct. c. f. ſenn. unc. II & ſem.
aq. cinam. dr. I. & ſem. M.

3. Aut para cum *Rolfinccio decoctum*: (m)

Decoctum.

℞. Herb. endiv.
ſcariol.
cuſcut.
abſinth. an. Man. I.
rhabarb. alexandr.
jalap. an. dr. II.
Cinamom.
ſantal. citr. an. dr. ſem.
coq. in s. q. aq. ſimpl.
Col ℞. unc. V. add.
ſir. de cich c. rhab. unc. I. S.

Gallausführender Tranck auff zweymahl.

Puellæ ſeptenni in *Bolleroda* hoc egregiè ſatisfa-
ciebat:

℞. fol. ſalv.
chelid. maj.

card.

(l) C. III. obſ. 74. (m) l. c. obſ. 2.

card. bened.
agrimon. an. Man. sem.
summit. absinth.
centaur. min. an. pug. II.
sem. aquileg. dr. II.
fœnic. dr. I.
rad. cichor.
chelid. maj.
polyp. q.
rub. tinct. an. dr. II.
fl. borrag.
salv. an. pug. II.
Incis. & cont. coq. in aq. s. Colat. adm.
Rhabarb. elect. scrup. II.
cryst. tart.
pulv. rad. Jalap. an. scrup. I. M. S.
Tranck auff etlichmahl.

Rusticæ *Milanæ* bono cum successu hoc dedimus:

℞. Rad. 5. aperient. an. unc. sem.
asati dr. II.
H. euphras.
marrub. alb.
fragar. an. Man. I.
chelid. maj.
cicer. rub. an. Man. sem.
sem. aquileg.
urtic. an. dr. I.
cort. aurant. an. dr. II.
Tartar. alb. dr. I. & sem.
Incis. & cont. coq. in p. æq. aq. font. & vin.

Potio. & postea potiunculam: ℞. Aq. cichor. unc. I. &
sem.
fl. acac. unc. I.
fir

sir. rof. solut. unc. sem.
pulv. rad. Jalap. scrup. I.
tart. vitriolat. scrup. sem. M.

Dn. *Benedictus à Kann,* Cœnobita Ord. Bene- *Obs.*
ict., febri tertianâ & ictero simul divexatus, hau-
primò cum jusculo :

℞. Cremor. tart. scrup. I. *Pulv.*
mag. Jalap. gr. VI.
scammon. sulfurat. gr. V. M.

jectâ ἄνω multâ bile, nullo sequente secessu. Al-
ero die dedi potiunculam :

℞. fol. senn. s. st. dr. III. *Potio,*
rhabarb. elect. dr. II.
sem. anis. dr. I.
Coq. in aq. s. & Col. add.
cremor. tart. dr. I.
mag. Jalap. gr. VI. D.

Septies excrevit sine molestia, febri flavoque cu-
is colore longiùs pulso. Iisdem remediis, paucis
nterdum mutatis, curavimus Generosum Dn. *Bel-
inghusium.* (n)

§. 4. Saluberrimæ *Jalapæ* auxilium in seipso ex-
pertus est laudatissimus *Rolfinc.* (o) Ideo inter tu-
issima cum prudentioribus collocat D. *Daniel
Beckher.* (p) D. *Verzascha* (q) Abbatissæ Otmars-
hemiensi ictero hoc, cum scirrho hepatis, asthmate
& ascite tympanitico laboranti, alia inter dedit pi-
lulas :

℞. Extr. pilul. de ammoniac. Quercet. scrup. II. *Pilul.*
mag. Rad. Ialap.
gumm.

(n) vid. tr. m. de salvia S. II. membr. 3. c. 3. p. 269. (o) Vid.
Wedel. disp. cit. p. 27. (p) in der Wacholder Apothecke c.
28. p. 491. (q) obs. med. 78.

gumm. gamandr. an. scrup. I.
ol. anis, gutt. VI. M. f. massa.
Ex cujus scrup. I. f. pilul. XVIII. Deaur. & consperg. pulv. cinam., singulis mensibus D. mane IX. c. regimine.

Obs. §. 5. *Sebastianus Lohs*, Mercator, Mense Februario nuper calculo renali, febri primò erratica, quæ mox in quotidianam, tandem in quartanam transiit, & ictero flavo simul decumbebat, anno ætatis suæ LXXII. Calculos per intervalla expulit sequens aqua;

Potio, ℞ Aqu. ononid.
heder. terrestr.
alkekeng. an. unc. I.
sirup. dialth. dr. VI.
tinct. tart. dr. I. D. cochl. II. aut III.

Emuls. Insultus febriles quotidianos abegit sola emulsio, præter omnem opinionem.

℞. sem. papav. alb. dr. III.
4. fr. maj. excort. an. dr. I.
aq. violar. & veron. an. p. æqu. q. s.
f. Emuls. add.
pulv. bez. senn. scrup. I.
spirit. ros. gutt. VII. M. pro 2. dos.

Ille verò unico haustu absorpsit, & eâpse nocte febris cessabat, mutata tamen mox in quartanam, quam *antiquartanario* nostro ociùs pepulimus, reseratâ priùs occlusâ alvô clysmate. *Icterum* potissimùm detersit hoc decoctum:

Decoct. ℞. Herb. fumar.
fragar.
anserin.
centaur. min. an. Man. sem.

Rad.

Rad. urtic.
asparag.
gramin. an. dr. II.
sem. aquileg. dr. III.
fl. acac.
fumar. an. pug. I.
cort. aurant. dr. I.
f. seni s. st. unc. sem.
tart. alb. dr. II.
coq. in s. q. aq. ad. tertias, Col. adm.
sir. dias. Andernac. unc. I.
pulv. rad. Jalap. dr. sem.
sp. aperit. Penot. dr. I. D. cochl. IV. ter in die.

CAPUT XVII.

DE USU JALAPÆ IN ICTERO NIGRO LIENISQUE OBSTRUCTIONE.

§. I.

Civis quinquaginta annorum temperamenti melancholici, ictero nigro in toto corpore obsessus, cum ardore in ventriculo molesto, & oris amarore infesto, humore bilioso per ἀναδρομὴν eò translato, ob pravam epatis constitutionem generato; ad totum corpus à spurcitie cholerico-melancholica depurandum, usus est hoc vino, *Thoner,* (17.) *In ictero nigro lienisque obstructione.*

Vinum.

℞. Rad. cichor.
enul.
caryoph. an. dr. II.
H. absinth Rom.
hyssop.

card. Ben.
centaur. min.
adiant. utr.
fol. ſen. ſ. ſt. dr. X.
agaric. rec. troch.
rhabarb. el. an. dr. III.
Rad. Jalap. dr. II.
crem. tart. dr. I. & ſem.
jujub. & ſebeſt. an. unc. ſem.
gal. min. dr. I.
c. ſind. alb. f. ſaccul. in vini quart. ʒ. aq. cich. card. ben. au. libr. ſem. (r)

Decoctum aperiens ſimulque laxans civi primario, multisque aliis, utriusque ſexûs, à nobis datum vide sîs alibi. (s)

Obſ. §. 2. *Christiani Loſii* uxor nigro ictero decumbens, hauſit primò decoctum aperiens & præparans, deinde purgavimus eam per ἐπίκρασιν, admiſtâ ſemper *Jalapâ*, ſeu reſinâ ejus, uſumque *ſtercoris anſerini* crebriorem pauperculæ imperavimus, & nunc agit, quod agendum eſt. *Güldenkleé* (t) materiam præparatam hâc potiunculâ exantlat.

Potio. ℞. Decoct. noſtri laxat. unc. II.
extr. fol. ſen. ſcrup. I. & ſem.
pulv. Jalap. gr. VII.
tart. Vitriolat. gr. III.
ſp. meliſſ. gutt. VII. M.

§. 3. In cordis palpitatione & obſtructo liene *Grüling.* dedit: (u)

Pilul. ℞. MP. tart. Quercet.
extr. panchym. Croll. an. gr. VI.
jalap.

ſcam-

(r) Thoner. l. c. p. 154. (s) tr. de Salvia S. II. Membr. 4. c. I. §. 2. (t) L. III. caſ. med. 29. (u) C. III. obſ. 66.

scammon.
f. senæ an. gr. III.
ol. still. carv. gutt. II.
Ess. scolopendr. q. s. ad formand. pil. no.

XXI.

CL. *Sylvius* pilulis suis spleneticis multùm tribuit:

℞. Gummi galban. acet. squillit. sol. scrup. II.
vitrioli martis ad albedin. calcin.
mastich. el. an. scrup. I.
castor. opt. dr. sem.
troch. alhand. dr. I.
resin. scammon.
jalap. an. scrup. I.
ol. citr. gutt. II.
M. f. pil. No. L.

De iis cape lectum ingressurus V. aut VII.

Commendat eas in scirrho lienis *Paul. Schlegel.* (w)

CAPUT XVIII.

DE USU JALAPÆ IN AFFECTU HYPOCHONDRIACO.

§. 1.

ACidam viscidamque cruditatem commodissimè eliminat *Jalapa*, ideò *hypochondriacis* admodum conveniens. D. *Eberhard Gockel* (x) Serenissimæ in affectu hypochondriaco & uterino, cum visus impedimento in sinistro oculo, post aliorum remediorum usum, sacculum ordinavit pur- (18.) *In affectu hypochondriaco.*

(w) disp. inaug. Jen. 1694. p. 19. (x) consil. med. 2.

gantem in mensura vini macerandum, quo de quotidie quartarium dimidium cum optata operatione hausit:

Vinum. ℞. H. majoran.
salv. nob.
euphras.
meliss.
beton.
rorismar.
scolopendr.
rut.
capill. Vener. an. pug. I.
fl. 3. cordial. an. pug. sem.
rad. levistic.
angelic.
fœnic.
calam. arom.
caryophyll.
beton.
helen. an. dr. II.
5. aper. maj. an. dr. I.
rhabarb. ver. dr. III.
fcol. sen. el. s. st. unc. I.
Jalap.
agar. troch.
polyp. q. an. dr. II.
cinam. acut. scrup. II.
macis
caryophyll. an. scrup. sem.
crem. tart. dr. II.
sem. anis & fœnic. an. scrup. I.
M. & concis. includ. saccul. ex sindon. alb.

Noduli D. *Michaël* in Colleg. MS. cit. hi sunt:
℞. rad. asparag.

gra-

gramin.
filic.an.unc.ſem.
H. cuſcut.
agrimon.
eupator.
fumar.an. Man.I.
fl. cichor.
geniſt.
bellid.an. pug.III.
rhab.monach.unc.I.& ſem.
Rad.polyp.
helleb. n. an.unc. I.
eſul. præp.
Jalap. an.unc.ſem.
Zedoar.
galang.
cort.aurant. an.dr.II.
ſem. aniſ. dr. I. & ſem.
tartari dr.III. f. nodul.
Vel ; ℞. rad. 5. aper. an. dr. III.
fl. borrag.
bugloſſ.
geniſt.
bellid.
cichor. an. pug.III.
limat.chalyb.unc.IV.
paſſul.min. unc. II.
cinamom.elect. dr. III.
caryoph.
macer. an.dr. I.
f.ſen.f.ſt. unc.I.
rad. elleb.n.
polypod.
Ialap.

esul. præp. an. unc. sem. f. nodul.

Civi ex hypochondriis summè melancholico sequens vinum maximè profuit:

℞. fol. endiv.
cichor.
agrimon.
meliss. an. pug. II.
fl. chamom. Rom. pug. II.
sambuc. pug. I.
sem. fœnic. scr. IV.
cort. aurant. sel. dr. II.
rad. acetos.
polyp. q. an. unc. sem.
helleb. n. præp. dr. I.
f. sen. s. st. dr. VI.
agar. rec. trochiscat. dr. II.
rhabarb. el.
jalap. resin. an. unc. sem.
sal tart. dr. I. M. D. pro nodulo.

Aliud vid. apud *Rolfinccium.* (y)

§ 2. Pro Eadem Serenissima Idem *Gockel.* (z) apozema hoc dedit ad bilis evacuationem, alterationem, roborationem & reserationem:

Apozema. ℞. H. acetos. & endiv.
betonic. & capill. Vener.
meliss. an. pug. I.
rad. cichor. & acetos. an. dr. III.
pœon. & valerian an. dr. II.
5. aperient. maj. an. dr. I.
fl. cord an. pug. I.
euphras. pug. I.
rhabarb. ver. unc. sem.
f. sen. el. unc. I.

Jalap.

(y) de Purgant. S. II. a. 3. c. 7. (z) consf. med. 2. p. 34.

Jalap.
polyp. q. an. dr. II.
crem. tart. dr. II.
macis ſcrup. II.
ſem. anis. & fœnic. an. ſcrup. I.
4. fr. maj. an. ſcrup. II.
M. & conciſ. includ. ſaccul. ex ſind. alb. coq. in aq. font. & vin. alb. odorif. an. libr. III.
Bibatur mane ac veſperi libr. ſem.

Vel: ℞. rad. polypod.
gramin.
aſparag.
fœnic. an. dr. II.
H. bugloſſ.
lupul.
epithym.
capill. Vener. an. pug. II.
fl. borrag. & bugloſſ.
geniſt. an. pug. I.
f. ſenæ unc. I.
fibr. elleb. alb. præp. & nigr. an. dr. I.
Jalap. reſinos. unc. ſem.
ſpicæ ſcrup. I.
Decoq. in aq. font. s. q. In colat. libr. II. ſolv.
elect. diacathol.
conf. hamech. an. unc. I. Iterum col. & add.
Sirup. de cichor. c. rhab.
polypod. compoſit. an. unc. II.
M. f. apozema,
Doſ. ſingulis diebus ad unc. III. (a)

Vel: ℞. Sir. cich. c. rhab. unc. ſem. *Potio,*
Jalap. reſin. ſcrup. I.
aq. fumar. unc. I. M. f. H. (b)

(a) Rolfinc. L. II. conſ. 6. p. 111. (b) Id. L. VIII. conſ. 3.

Vel ; ℞. Decoct. laxativ. *Timæi* unc. II. & sem.
extr. f. sen. scrup. I.
pulv. Jalap. tinct. c. essent. croc. gr. VI.
sp. citr. g. III. M. f. potiuncula (c)

Obs. §. 3. Tubicen affectu hoc miserrimè cruciatus, alvum nimis segnem habebat & vix reserandam, utùt efficacia præmissa fuerint præparantia; Utitur postea decocto prunorum, cujus supra memineram, (d) & septies octiesvè purgatus est quovis die, agens mihi gratias. Sanè hypochondriaci vel ad excessum, vel ad defectum plerumque declinant. Nimis enim pigrâ & adstrictâ aliqui gaudent alvo, purgantibus non facilè mobili, non tàm ob acidum solùm, quàm ob siccitatem, seu actu vel potentiâ talem, verbo: serum minùs abundans, unde humectantia potiùs, quàm fortiora pellentia & irritantia danda, neque sine illis tunc facilis sequitur effectus: Vel facillimè omnium moventur, si citra siccitatem humido gaudeant magis, salino stimulo acuato. Unde novimus, quosdam extremè hypochondriacos, plus motos esse à gr. VI. *gialapii*, quàm alios à drachma I. (e)

Pulv. §. 4. Serenissima Princeps alia inter usurpabat etiam *Conringii* pulvisculum S. R. commendatum ex crem. tart. scrup. II. & *resin. Jalap.* gr. II. At cùm expectationi minùs satisfaceret, alvumque segniùs moveret, augebatur dosis *resinæ Jalapinæ* ad grana quinque feliciori cum successu. (f) Magis mihi placet *Dolæanus* : (g)

℞. *pulv. Jalap.* scrup. I.
sal. absinth. gr. V.

an-

(c) L. III. cas. 31. (d) L. I. c. 16. §. 3. (e) D. Wedel. disp. de purgant. c. 2. (f) Tim. L. III. cas. 32. (g) L. IV. encyclop. med. c. 11. p. 619.

antimon. diaphoret. gr. III. M. f. P.

Jüngkenianus: (h)

℞. *Jalap. pulv.* ſcrup. I.

Antim. diaphoret. indulc. ſcrup. ſem. M.

Vel *Rolfinccianus*: (i)

℞. *pulv. Jalap. reſin.* ſcrup. I.

mag. chryſops gr. III.

elæoſacch. anis. gr. II. M.

Adde ſpecies *diajalapii* ejus alterantes & purgantes hypochondriacas.

§. 5. Magni etiam uſus *pilulæ Rolfinccii* gummoſæ, quorum deſcriptio hæc eſt: (k) *Pilul.*

℞. Gumm. galban.

ammoniac.

ſagapen. an. dr. III.

liqueſcant in acet. ſcillit. ad ignem, & per linteum trajiciantur ad ſordes depurandas. Adde.

Aloës lucidæ dr. III.

myrrh. dr. I.

maſtich.

croc. orient. an. ſcrup. II.

gialap. dr. III.

troch. alhand. dr. II.

de agaric. dr. I.

ſcammon. puriſſ. dr. I.

mercur. dulc. dr. I.

balſ. peruv. dr. I.

ol. aniſ. & fœnic.

menth. citr. & cinam. an. gutt. VI.

M. f. maſſa lento igne, aceto evaporato, ſpatula ſemper agitand.

T 5 In-

(h) Prax. Med. p. 574. (i) L. VIII, conſ. 3. (k) O. & M. ſpec. L. V, S. 4. c. 8, p. 508. ſeq.

Involvat. vesic. ol. amygd. dulc. inungend. Do[s] scrup. sem. horâ una ante prandium, & ante ingres[-] sum lecti, & tùm leniendi munus exequuntur. Al[-] tiùs si ascendas, purgant. In hypochondriaco affe[-] ctu magnæ sunt, uti etiam in cachexia, κακοχροί[α] icterica, pallidis virginum coloribus. Myrrhæ croci, masticheș, aloës ratione referant vasorum & viscerum obstructiones sine molestia. Gummat[a] emolliunt, incidunt, liquant, educunt tartarum con[-] cretum & resolutum. Purgant totum corpus *Ja-lapa*, troch. alhandal. & de agaric. caput: ammo-niac. splenem, uterum myrrha.

Vel: ℞. Gummi ammon. vino solut. gr. XV.
mercur. dulc. scrup. sem.
resin. Jalap. gr. III.
extr. colocynth. gr. I.
f. pil. XI. pro dosi.

Næ gummi ammoniacum in incidendo & at-tenuando muco viscido in intestinis stabulando primas ferè tenet. Et quid potentiùs dissolvit & attenuat acidum viscidum, quàm Mercurius dul-cis? (l) Vel:

℞. Extract. panchymag. Croll.
MP. tart. Schröd. an. scrup. sem.
resin. Jalap.
scammon. an. g. III.
ol. anis. g. II. M. f. pil. XXI. (m)

Magni etiam æstimandæ *pilulæ antihypochon-driacæ Zvvelferi*, (n) quas aliter descriptas profer[t] *Tiling*. (o)

℞. Succi absinth. nostr. libr. II.

in

(l) Jüngken. Fund. Med. eclect. p. 542. (m) Rolfinc. L. VIII. cons. 5. (n) Pharm. Reg. Cl. VI. p. 847. (o) in Rha-barbarolog. P. III. c. 4. p. 223.

in quibus dissolv.
Aloës succotrin. lib. I.
& leni calore ad siccitatem iterum inspissa, addendo insuper
pulv. rosar. rubr. dr. II.
mastich. & myrrh.
oliban. & succin. alb.
croc. austr.
bacc. laur. excort. an. unc. sem.
Resin. Jalap. (vel ejus loco, scammon. sulfurat. aut resin. ejusd.) unc. I.
extract. helleb. n. nostro modo facti unc. II.
M. & c. elix. Propr. q. s. f. massa, ex qua form. pilul. pisor. magnitudine, quarum dosis numero tres hihorio à cœna sumantur.

Jüngkenianæ tales: (p)

℞. Extract. cathol.
martis succo pomor. borsdorf. fact. an. scrup. I. & sem.
diagrid. sulfurat. gr. VIII.
resin. Ialap.
croc. martis solub. an. dr. I.
c. bals. antimoniali f. pilul.

Vel: ℞. Extract. agaric. scrup. sem.
colocynth. gr. III.
resin. Ialap. gr. VI.
ol. macis still. gutt. II. M. f. pil. XVIII. (q)

Hypochondriacæ ejus speciales hæ: (r)

℞. Gumm. ammoniac. aceto sol. & inspissat. dr. sem.
succin. præp.

myr-

(p) Med. secul. præsent. accommod. P. II. S. I. c. 15. p. 654. (q) Vade mecum p. 7. (r) in fund. Med. eclect. Part. Med. quint. Pharm. S. V. c. 9. p. 828.

myrrhæ an. ſcrup. ſem.
reſin. Ialap.
ſcammon. an. ſcrup. ſem.
troch. alhand. gr. V.
ol. macis ſtill. g. VI.
M. f. pilul. XL. Pillen auff dreymahl.

Gockelinæ ita formantur: (s)
℞. Aloës ſuccotrin. ſcrup. I. & ſem.
gumm. ammoniac.
croc. mart. aperitiv. an. ſcrup. I.
mag. Ialap. gr. XV.
c. elix. PP. q. s. f. maſſa,
ex qua form. pil. num. C. æqual. magnitud.
Inaur. D. involut. pulv. roſ. q. s.

Vel: ℞. Extr. pil. coch. dr. I.
caſtor. ſcrup. ſem.
ſuccin. alb. præp. ſcrup. ſem.
Mag. Ialap. ſcrup. I.
ol. ſuccin. alb. gutt. II.
M. f. c. ſpirit. ceraſ. nigr. q. s. pil. num. LI. obaur. De quibus ante, vel poſt novilunium, duab. hor. ante prandium IX. vel XI. deglutiantur.

Haſce præſcribebat Sereniſſimæ ſuæ, de qua antea diximus, (t) *Gockel*:

Timæanæ hæ ſunt: (u)
℞. Extract. helleb. nigr. ſcrup. I.
reſin. Ialap. gr. IV. (V.)
M. f. pil. IX.

In melancholia hypochondriaca incipiente & confirmata, cum ſcorbuto & propenſione in ſomnum, utiles *Grülingianæ* ſequentes: (w)

℞. MP.

(s) conſil. med. 16. p. 185. (t) hoc cap. §. 1. & 2. (u) L. I. caſ. 15. ſeq. conſ. Rolfinc. L. II. conſ. 6. (w) C. III. obſ. 70. ſeq.

℞. MP. tart. Quercet.
de ammoniac. an. ſcrup. I.
reſin. Ialap. gr. V.
mag. gummi de Peru
ſcammon. ſulfurat. an. gr. II.
ol. macis & aniſ. an gutt. I.
c. tinct. tartar. f. pil. XXV. D. pro una doſi.

Vel: ℞. *pulv.* caſtor. gr. III.
extr. pil. aurear. & coch. an. ſcrup. ſem.
mag. Ialap. gr. VII.
ol. ſuccin. alb. g. II.
M. f. c. aq. cerat. n. pil. num. XIX.
obaur. D. pro una doſi.

Vel; ℞. Extr. aloës
myrrh. inſpiſſat. an. ſcrup. I.
fecul. bryon. ſcrup. ſem.
rad. filicis gr. VII.
reſin. Ialap.
ſcammon. an. gr. VII.
Mixt. ſimpl. q. s. f. pil. XVIII. D. pro 2. doſ.

Vel: ℞. Extr. helleb. n. ſcrup. I.
rhab.
Mag. Ial. an. gr. IV.
ol. deſt. fœn. gutt. II. f. pil. XVIII.

Noſtræ ni ſordeant, vide ſis eas *in tr. m. de ſalvia.* (x) Nobiliſſimæ Virgini, ob ſufficientem & optatam operationem, hæ ſemper fuerunt acceptæ:

℞. Extr. panchym. Croll. ſec. deſcript. ſcrup. I.
rhab. gr. IV.
Mag. Ialap. gr. III.
troch. alhand. gr. I.

f. c.

(x) S. II. membr. 4. c. 4. p. 271.

f. c. aq. carminat. pil. XVIII.

Apud *Waldschmid* pil. hypochondr. hæ:

℞. gumm. ammon. c. acet. præp. dr. sem.
mastich. el.
carabes albiss.
limat. mart. in alcohol contrit. an. scr. I.
myrrh. rubr. scr. sem.
troch. alhand. scr. I.
resin. Ialap. & scammon. an. gr. XV.
ol. macis still. g. VIII. f. pil. XXX.

§. 6. Elegans quoque *electuarium* lenitivum D.D. *Dolæi.* (y)

Elect.

℞. Pulp. passul.
tamarind. an. unc. II.
cryst. tart. dr. III.
resin. Jalap. scrup. I.
M. f. c. sir. de cichor. c. rhab. q. s. elect. pro aliquot vicibus.

Et *bolus Timæanus*: (z)

Bolus.

℞. conserv. fumar. dr. II.
conf. alkerm. scrup. I.
resin. Jalap. gr. VII.
extr. elleb. nigr. gr. V.
M. f. bolus asperg. sacch.

Laus Ialapæ.

§. 7. Ita pro *hypochondriacis* tutissima medicamenta parabis è *Ialapa.* (a) Αἵρωσιν *quippe chyli impeditam tollit, fermentum iners, viscosius, acidius, fixius, expurgat, & ad frugem reducit: menstrua secundaria, humorem biliosum & pancreaticum vitiosum exturbat, ut evolvi hinc melius dulces balsamicæ particulæ possint; & depurationem sanguinis læsam*

(y) Encyclop. med. L. IV. c. 11. p. 620. (z) lib. cit. cas. 33.
(a) conf. Dan. Ludovic. diss. I. de Pharm. moderno secul. applic. edit. sec. p. 193.

...am corrigit, partim alterando, reserando, partim ...acuando, ut factâ convenienti hydræ lerneæ eva...atione illibata vel quasi perstet sanitas. (b)

CAPUT XIX.

DE USU JALAPÆ IN SCORBUTO.

§. 1.

CUm *Rolfinccio* aliisque rectè sentientibus leniora cathartica semper eligimus, cùm vali...iora ægros non raro in summum vitæ discrimen ...ræcipitarint. Cunprimis in scorbuto calido rad. ...*alap*, ejusque Magisterio, pauxillum nitri præpa...ati admisce, ut non solùm sulfur scorbuticorum ...ancidum multumque distemperatum mitigetur, ...ed etiam salium silvestrium ferocitas refrenetur, ut ...ansitu suo per intestina dolori, exquisitissimo ali...quin metuendo, vel obex ponatur, vel saltim is ...naxima ex parte mitigetur. Cùmque fideliter ...emper inservierit nobis *Ialapa*, utique amatur & ...mabitur, donec in hoc aliquis corpore sanguis ...rit. (19.) *In Scorbuto.*

§. 2. Accipe igitur potionem *Rolfinccii*: (c)

℞. fol. chamædr. & chamæpit. an. pug. VI. *Potio.*
rad. polyp. q.
rhapont. an. dr. I.
sem. sœnic. dr. I. & sem.
fol. sen. el.
Ialap. resin. an. dr. II.
rhabarb. el.

fibr.

(b) Wedel, disp. cit. p. 26. (c) L. VIII. cons. 8.

fibr. elleb. n. præp. an. dr. I.
fl. cichor. pug. VI.
genist. pug. II.
spic. ind. scrup. I.
coq. incis. & cont. in aq. font. q. s.
Col. ℞. unc. IV. add.
Sirup. de fumar. comp. dr. VI.
fol. sen. unc. sem.
sal. tart. dr. I. M. F. H. pro 2. dosib.

Grüling (d) cuidam cum fructu dedit:

℞. Decoct. tamarind. c. fol. sen. alex. s. st. unc. sem.
cochlear. recent. pug. I.
crem. tart scrup. II.
sem. fœn. gr.
fœnic.
anis. an. dr. II.
Col. unc. II. add.
extr. Ialap. ritè dissol. scrup. sem.
aq. cinamom. & borrag. an. dr. III.
spirit. cochlear. gutt. VII. M. pro dosi.

§. 3. *Pulvis* Medicorum Hafniensium hic est:

Pulv. ℞. *Resin.* scammon. gr. VII.
jalap. gr. II.
crem. tart. scrup. I.
sp. arom. rosat. gr. VII. M. f. pulv.

Vel: ℞. Scammon. sulfurat. gr. VIII.
resin. Ialap. scrup. sem.
lentia. Ut taceam, quòd præcipitantia adhibere in magna humorum agitatione, ùt in febribus ardentibus, multò sit deterius ipsa purgatione & venæ sectione. Rectè igitur *Barbette* (c) *Jalapam* medicamenta inter *febrifuga* reponit, & D. *Scheffer.* pilulis suis febrifugis immiscebat: (d)

Pilulæ. ℞. Spec. hier. picr.
resin. jalap. an. dr. II.
ess. rhabarb.
lign. colubr.
gentian.
centaur. min.
ros. rubr.
diagrid. rosat.
tart. Vitriolat. an. scrup. I.
ol. citrt. g. VI.
M. f. c. essent. fol. sen. Pil. num. XXX. pro dr. II.
Dos. III. IV. ad VII.

Junior *Ridlinus* pauperculæ in hac febri, cum hydrope incipiente, dabat primò pilulas: (e)

℞. MP. Tartar. Schröder.
mercur. dulc. ritè parat. an. scrup. sem.
magist. jalap. gr. IV.
diagrid. sulfurat. gr. III.
c. aq. fl. samb. q. s. f. pil. num XXV.
consperg. pulv. rad. liquirit. D. pro dosi.

Deinde pulv. antifebrilem specificum, ex sale CC. volat., antifebril. Croll. & antimon. diaphor. paratum, sicque febri cessante etiam tumor subsistebat, ipsaque, repetitis pilulis, omninò restituta, ut ab amicis ob floridam faciem vix nosceretur amplius.

§. 2. Ci-

(c) L. III. Prax. c. 3. p. 109. (d) Schröder. Pharmac. Med. Chym. L. II. c. 73. p. m. 255. (e) cent. obs. singul. num. 6.

§. 2 Civis Iſnacenſis quotidie meridiem circa horripilationem cum vomitu, & totius corporis laſſitudine, ſubſequente moleſto calore, ſentiens, accepit à me nodulum ſequentem:

℞. Rad. fœnic. & cichor. an. dr. II.
fol. cochlear. & agrimon.
meliſſ. & menth. criſp. an. pug. II.
fl. centaur. min. pug. II.
chamom. Rom.
ſummit. abſinth. an. pug. I.
cort. aurant. dr. II.
ſem. fœnic. dr. I.
f. ſen. s. ſt. dr. VI.
agaric. alb.
Rad. Jalap. an. dr. II.
ſal. Tartari dr. II. M.

à quo optimè purgatus, & neſciit ſatis prædicare. Circa veſperum guttas XXXVI. de hac eſſentia ſtomachica ſumſit:

℞. Eſſent. abſinth. comp.
elix. propr. ſ. acid. an. dr. I. & ſem.
ſpirit. ſal. armon. aniſ. dr. ſem. M.

& omnes profligati ſunt queſtus. Dn. à *Pröck*, ab obſidione Moguntinenſi febrim hanc domum reportans, in aurora purgabatur hoc vino, ſibi, multisque aliis gratiſſimo:

Vinum.

℞. rad. acetos. & cichor. an. unc. ſem.
helleb. n. præp. ſcrup. IV.
Ialap. reſinos. dr. II.
f. agrimon. & endiv.
meliſſ. & fl. chamom. R. an. pug. II.
fl. centaur. min. pug. I.
cort. aurant. ſel. dr. II.
ſem. fœnic. ſcrup. IV.

F. sen. s. st. dr. VI.
rhabarb. el. unc. sem.
agar. troch. dr. I. & sem. M.

Circa quartam vespertinam, horâ scilicet unâ ante paroxysmum, cum aqua absinth. & card. bened. de pulv. antifebrili *Lazoniano* (multoties à me probato (f)) justam dosin sumsit. Primâ statim die horripilationem levem, & præterea nihil sensit, æstu præternaturali jam ferè extincto, nocte sequente placidè dormiens. Secundâ nec rigorem, nec calorem, tertiâ triumfum cecinit cum victoria.

§. 3. Rusticus *Micro-Lubnizensis*, præmisso emetico, ex

Pulv. ℞. tart. emet. Myns. gr. III.
Rad. Jalap. gr. IV. (V.)
sal. absinth.
elæosacch. anis. an. g. IV. M.

quo ἄνω καὶ κάτω eximiè purgabatur, pulvere *Scholziano* (g) subitò febrim pepulit. In aliis cum eodem successu probavimus, præsertim in juniore rustico *Neukirchensi* & *Herleshusano*, qui itidem, prægressô vomitoriô ex tart. emet. M. gr. II. tart. vitriolat. g. IV. ol. still. anis. g. I. M. primâ sumtâ dosi febrim mirabantur extinctam. Sutor in aurora capiebat:

℞. *pulv. rad. Jalap.* scrup. I.
tart. Vitriolat. gr. V.
agar. troch. gr. IV.
mag. Jalap. gr. I. M.

febri eôpse vespere valde imminuta. Altero die horâ unâ ante paroxysmum ingessit pulverem *Schol-*

(f) Dec. II. Eph. ann. IX. p. 78. (g) Dec. I. Eph. ann. VI. obs. 13. p. 189.

Scholtzianum, nec æstu, aut frigore, aliâve molestiâ perceptâ. Denuò purgatus, adque labores suos cum mixtura stomachica remissus, rem nunc suam agit feliciter.

§. 4. Puella XV. annorum temperamenti pituitosi, & defluxionibus valde obnoxia, purgantibus utebatur sequentibus: **Potio,**

℞. f. senæ al. dr. VI.
mann. calabr. s. unc. III.
pulv. Jalap. dr. II.
passul. min. unc. I.
sem. coriandr. præp. dr. II.
crem. tart. alb. dr. I. & sem.
Inc. & cont. q. o. inf. in s. q. aq. font.
stent in infus. per noct.
Colat. ℞. unc. XVI. add.
Sirup. acetos. citr. unc. I. & sem. M. (h)

Et: ℞. *Magist. jalap.* gr. XIII. **Emuls.**
nucl. pin. q. s.
aq. cinamom. dr. II. f. emuls.
add. brod. cybeb. lax. unc. sem. M. (i)

Lentilius mulieri, ab XI. diebus puerperæ, in febre quotidiana cum ictero debit hanc mixturam:

℞. aq. cichor. unc. I.
chærefol. unc. sem.
pulv. Cornach. dr. sem.
mag. Jalap. gr. VI.
sir. cich. c. rhab.
ros. sol. an. dr. VI. M.

Tria cochlearia ter *ἄνω* & quater *κάτω* eam purgarunt.

§. 5. Hortulani conjux ferè quinquagenaria **Obs.** tota

(h) Ridlin, C. III. obs. 57. (i) l. c.

tota emaciata, ut pedem extra lectum ponere ne-quiret, de *decocto* nostro *tamarindinato* crebriu. duo cochlearia hausit, expulsisque blandè humoribus insigniter corruptis, facilè postea perdomita est hostis pertinacior, cunprimis à pulvisculo ex puris salibus, e.g. card. bened. centaur. min. & fumariæ composito, cumque rasura cranii humani & lapidibus cancrorum mixto, inque aqua acetolæ & absinthii hora una ante paroxysmum dato.

CAPUT II.

DE USU JALAPÆ IN FEBRE TERTIANA.

§. I.

(2.) In tertiana, Vinum.

IN *febre tertiana* exquisita præscripsit *Thonerus* (k) cuidam *vinum laxativum*.

℞. Rad. cichor. dr. III.
garyoph.
gramin. an. dr. II.
H. absinth. Rom.
card. ben.
centaur. min.
chamædr.
adiant. utr. an. pug. I.
f. sen. s. st. unc. I.
agaric. rec. troch.
rhabarb. el. an. dr. III.
R. Jalap. dr. II.
passul. min. unc. I.
cinamom. dr. I.

c. sin-

(k) L. I. observ. p. 73.

c. sindon. alb. f. saccul. pro ʒ quart. vin. & libr.
I. aq. cichor. alternisque diebus
sum. ante prandium quart. sem.

& à quarto paroxysmo febris, unà cum vomitu bilioso, profuga facta est. Aliud ejusdem citat D. *Franck*. (l)

§. 2. Coctione apparente in tertiana continua, nisi natura evacuationem moliatur, specificè purgans exhibet *Antonius Deusing*. (m) at calore temperatum, nec humores exagitans, quale *Franciscus Piens* dedit. (n)

℞. *Rad. jalap.* — *Potio,*
sp. diaturb. c. rhab.
cryst. tart. an. scrup. I.
castor. scrup. sem.
conf. hamech dr. I.
Sirup. de cichor. c. rhab. unc. I.
aq. betonic. unc. II. M. F. potio.

Dn. *Andreæ Rudeloffii*, nunc Abbatis ad *amœnum Amelungi fontem*, tunc verò Ecclesiast. Aulici Wolfenbyttel., Amici honorandi, conjux, robusta mulier, tribus ante octavum partum septimanis *exquisitâ tertianâ* correpta, sectâ in cubito venâ, potiunculam hanc valde dilaudabat:

℞. Mann. calabr. unc. I.
dissolv. in aq. cichor. s. q. Col. adm.
Sir. ros. solut. unc. I.
cich. c. rhab. unc. sem.
pulv. Rad. Jalap. gr. VII. M.

Salutaris inde evacuatio, quam optimè tulit, feliciter postea elegantem filiolam enixa, adhuc, nî fallor, cum matre bene valentem. Dedi eundem

(l) de veronic p. 230. (m) Idea doctr. de febrib. disp. IV. §. 30. (n) tr. special. de febrib. c. 6. p. 148.

haustulum Capitanei uxori Nobili, rarioris textu-
ræ, quartâ à partu septimanâ, & ex voto ei cessit.

Obs. §. 3. Studiosus Theologiæ XXIV. annorum, f[e-]
bre tertiana simplici nothâ correptus est, quæ br[e-]
vì post, ob inordinatam diætam, (inter cete[ros]
enormes excessus unicâ matutinâ ultra tres me[n-]
suras cerevisiæ albæ hausit,) in duplicem degener[a-]
vit, cum ingenti & vix satiabili siti, paroxysm[o]
quotidie invadente. Cùm autem proveniret is[ta]
febris à putredine & ebullitione humoris bilio[si]
cum pituitoso misti, intentionem suam eò direx[it]
Thonerus (o) ut uterque simul exterminaretur:

Pulv. ℞. Rhabarb el. scrup. II.
Rad. Jalap. scrup. I.
cremor. tartari scrup. sem. f. pulv.
exhib. in unc. III. hydromell.

Cum εὐφορίᾳ evacuatus, etiam per os rejectâ v[i-]
rulentâ bile. At cùm nimis refractarius morbu[s]
foret, specificum aliquod antifebrile selegit, quo[d]
vi attenuandi præditum, & facultate diaphoretic[a]
instructum, fomentum febrile per sudores elicien[-]
do resolveret ac discuteret. Cùm verò res angu[-]
sta domi esset, hoc εὐπόριστον dedit Medicus:

℞. Summit. herb. centaur. min. dr. I.
f. pulv. pro dosi c. haustu vini calid. in dilu[-]
cul. exhib.

Sudavit per horam opertus, tribusque matutin[is]
Obs. pulvere hoc reiterato, febris profligata nunquà[m]
reversa est. Dn. *Hermann. ab Harstal* eo die, que[m]
pro intermittente habebat, pulv. sumsit purgan[-]
tem, cui immista erat *radix* cum *magist. jalap.*
Sed ecce, vix deglutito, febris invasit. Purgati[us]
itaque, durante paroxysmo, supra & infrà enorm[i-]
te[r]

(o) L. I. obs. p. 75.

:. Idem contigit Nobili à *Creutzburg*, & hospi-
. ad insigne *anguillæ* in foro Saturnino Isenaci, o-
nibus tamen bono cum eventu. Dn. *Levino* à
angenheim in Hesvvinckel anno MDCXCIII.
di,

℞. *pulv. R. Jalap.* scrup. I.
gumm. gott. gr. VIII.
sal. ammon. sublim. gr. III.
ol. destill. junip. g. I.M.

specificum antifebrile, una cum Julebo refrige-
nte & corroborante. Cuncta ad palatum & u-
m ejus. *Andreas Cotta*, una cum fratre suo si-
ul decumbens, præmisso laxante, cui inspersa *Ja-
pa*, & vino medicato, eâdem exornato, diebus
υρεξίας usurpando, horâ unâ ante invasionem,
quentem pulverem, plurimis salutarem, in aqua
etosæ, papaveris erratici & card. ben. an. unc. I.
papav. rh. dr. III. sp. vitriol. g. V. sumsit.

℞. Specif. antifebril. Croll. scrup. I.
lap. cancr. præp. scrup. sem.
sal. centaur. min.
card. ben.
absinth. an. gr. VI.
tart. vitriol. gr. IV.
laud. opiat. corr. gr. I.M. pro dosi.

Loco tart. vitriolat. nonnullis dedimus *acid. tar-
ri alumin.* gr. V. aut VI. (p) Exantlavit copiosum
tidumque sudorem, ac eôpse die febris tutò &
cundè devicta, nec recidivam ille passus, corpore
agis magisque à vino, quod ordinâram, repurga-
. Junior autem nescio quos characteres sibi
pendi curarit. Quêis à me rejectis, huic pulveri
tegritatem sanitatemque suam adscribit:

Z 2 ℞. bez.

(p) vid. Rolfinc. Chym. I. A. F. R. L. IV, S. I. art. 1. c. 9.

℞. bez. min. s. scrup. sem.
lap. cancr. præp.
corall. rub. præp. an. gr. VI.
nitr. antimoniat.
arcan. duplic. Myns. an. gr. IV.
laud. opiat. corr. gr. I. M.

Nihil amplius questus quàm de inappetentia languore. Dedimus mixturam ex

Mixt. stomach. ℞. Essent. absinth. comp.
centaur. min.
myrrh. an. dr. II.
croci scrup. I. M.

Qua de bis quotidie capiebat à XL. ad L. gu tas, appetitu bellè restituto, viribusque sensim r deuntibus. Næ in tertiana, quacum conflictabat anno MDCXCIV. Mense Februario Generos Dominus *J. Ludov. ab Harstall*, nihil magis pr fuit quàm *vinum* suprà citatum, (q) & *Pröckio* pr scriptum, at paullisper immutatum, & pulvis *Cor* Seniori in eadem dosi exhibitus, qui etiam ave runcus erat febris *Sebast. Losii.* Pastoris paga conjugi, prævio emetico, & laxante hoc, octo hor ante paroxysmum sumto;

Pulv. ℞. *pulv rad. Jalap.* scrup. I.
diagrid corr. gr. III.
Mell. ros. solut. unc. sem.
aq. endiv. unc. II. M. pro dosi,

dedimus antifebrile ex sale card. ben., centau min. & absinth., cran. human. crud. raspat. & tar vitriol. confecto, omnisque molestia & querimo nia brevi sublata est.

Rolfinccius (r) juveni in tertiana continua dabat:

℞. *Mag. Jal.* gr. XVII. ad scrup. I.
cum sir. rib. unc. sem. M.

§. 4. Ac

(q) c. I. §. 2. (r) L. IV. cons. 5.

§. 4. Addo historiam Amicissimi mei *Metii. Obs.*
...erulum, scribit, XIV. annorum tertiana laboran-
...m die paroxysmi à *magist. Jalap.* gr. IX. antim.
...aph. gr. IV. præter propter quater & decies pi-
...itosè purgatum, ἠτύχως, ταχέως, καὶ ἀσφαλῶς B.C.
..., curavi. Non mirandum verò, purgantibus
...*aphoretica* admisceri, siquidem iis hæc juncta, in
...uidis διάκρισιν & præcipitationem instituendo,
...ces *digestivi* simul gerere mihi quidem videntur,
...eoque faciliorem ac minùs noxiam expulsio-
...m efficiunt. Quin etiam in febri tertiana con-
...nua cum insigni præcordiorum anxietate, frustrà
...iis adhibitis, pulvis à tartari emet. gr. II. sal. uni-
...ers. gr. III. *Mag. Jalap.* gr. V. in brodio assumtus
...rtis extitit domitor, ut inde bile æruginosa cum
...tuita nulla vice κάτω, crebriùs autem ἄνω purga-
..., quàm ut duobus granis tartari emetici adscribi
...osset, ab omni deinde febrili insultu libera vixit
...gra. Sic videmus medicamina facultatem quan-
...oque ordinariam deferentia, sibi maritatorum
...m imitari. Dum enim tartarus emeticus & sal
...niversale in ventriculo vigore lymphæ dissoluta
...orulis suis amplioribus particulas *magist. Jalap.*
...mplexas ad plicas ventriculi deferunt, quibus post-
...a tenaciùs dum adhærent, ope contiguitatis tu-
...icarum, mediam earundem scilicet musculosam
irritando & spasmodicè contrahendo, faculta-
tem emeticam sic multiplicare solent. Ita
Metius noster honorandus.

CAPUT III.

DE USU JALAPÆ IN FEBRE QUARTANA.

§. 1.

(3.) In quartana. NOn est tam formidolosus hic affectus, ut scan-
dala inter Medicorum à plebe reponatur. Bo-
no animo meticulosos esse jubet CL. *Langius*
Prof. Lipsiensis, (s) cùm hanc febrim sanandi c
omninò Chymiater potis sit. At crebriùs vicimus, &
brevi devicimus, crede mihi, sine Chemiæ adjuto-
rio, sine omni recidivæ metu, simplici, seu tamen
simplicibus conflato remedio. Illi autem Medic
æquissimo *Olai M.* judicio, (t) laudem majorem
assequuntur, qui *simplicibus medicinis utentes fre-
quentiùs languores curant.* Testes hujus rei pro-
duximus fidei plenos in observationibus nostri
Physico-Medicis, (u) & alibi. (w) Miror autem
CL. *Fridericum Hofmannum* (x) cum *Willisio* (y
audacter scripsisse, purgantia in hac febre ne hilum
An purgandum? quidem valere. Magna salutis spes in iis, circum-
spectè datis, judicio & experientia *Rolfincc*; (z
Amati Lusitani, (a) Güldenkleé (b) &c. temeri-
tatem enim, seu excessum quis laudaverit, quo d
Borellus. (c) Licèt aliquando absque purgantibu
solis specificis, seu præcipitante, quo de *Kergeru*
(d) cum aliis, sublata sit, tutiùs tamen certiusqu
medeberis, illis sobriè præmissis, præsertim si simu
sin

(s) in Miscell. Med. curios. n. 11. (t) L. XVI. c. 51. (u
fasc. I. num. 118. (w) in Lagograph. S. III. c. 5. p. 26
seqq. (x) L. I. M. M. c. 19. p. 374. (y) de febrib. c. 4. p. n
149. (z) de febrib. c. 91 p. 304. (a) C. I. curat. 8. p. 51. seq. (b
L. VIII. cas. med. 19. (c) L. IV. obs. 33. (d) de fermenta-
tion. S. III. c. 3. p. 250.

nt præcipitantia, quæ aliquoties cum fructu de-
... ὁ χαριέςαλος *Wedelius*, (e) ùt pulv. Comit. de
Warvvich, quod optimum in febribus purgans est,
ob vim diaphoreticam egregiè præcipitat, cum-
ue *jalapa* misceri potest. Sanè *Camillus de Ca-*
millis, Nobilis Medicus Genuensis, pilulis suis de
gapeno initio paroxysmi, vel paulò ante eum, ad-
bitis contumacissimas curabat quartanas. Imo
ozach (f) nil prodesse, ait, purgantia, nisi ante pa-
oxysmum dentur, cùm natura tunc moveat mate-
am morbificam, cujus minister Medicus eandem
nitari debet. Adde pluscula elegantiora exem-
la apud *Prosp. Alpin.* (g) & *Plater.* (h) Non est *Ante paroxysmum?*
gitur cur tantùm diebus intermediis ea exhibeas,
ed potius ipso accessionis die sex septemvè horis
nte conflictum, (ut operationem suam prius ab-
olvant, quàm paroxysmus adveniat,) præsertim si
gna concoctionis adsint, viresque sufficiant. Ce-
ro digna verba *Petri Monavii* (cujus autoritas &
xperientia magni æstimanda) apud *Craton.* (i)
Si in febribus, inquit, *putridis intermittentibus qui-*
buscunque, apparente aliqua, etiamsi non perfecta,
in urinis coctione, ægro ipso die paroxysmi medica-
mentum purgans dederis, ita ut effectum suum ante
paroxysmi invasionem compleat, horis scilicet quatuor
aut quinque, antequam paroxysmum adventurum
putas, videbis febrim post illum paroxysmum non
ampliùs reverti, sed prorsus tolli quasi incantatione
quadam. Probavi jam sæpius, & in pluribus sem-
per eventus respondit. In tertianis post tertium aut

 quar-

(e) disp. de purgant. c. 4. (f) L. de sale p. 200. (g) L. IV. de Medic. Ægypt. c. 15. (h) L. I. Prax. P. II. p. 163. (i) L. II. epist. p. m. 417. & quidem in post scripto ad Laur. Scholzium.

quartum paroxysmum hoc facio: in quotidianis tardiùs, in quartanis tardissimè, ac vix ante trecesimum diem. Sic *Monavius*. Confer *Fr. Hofmannum* (k) qui sæpè summo cum sanitatis emolumento, pro circumstantiarum habita ratione, ante paroxysmum *vomitorum, quod unà sudorem ciet*, exhibet, hac tamen cautela, ne vacuatione immodica dissolutæ vires succedentis paroxysmi impetum ægriùs ferant. Et *Balthas. Timæus à Güldenkleé* (l) ita: Ceterùm causam non video, cur die accessionis purgatio non sit instituenda, præsertim si signa coctionis adsint & vires sufficiant. *Etenim hoc modo materia paroxysmo subtrahitur, & Natura tàm motu quam onere humorum quasi lacessita, evacuationem non parùm adjuvat.* Notandum insuper, quartanas plerunque circa *æquinoctia* & *solstitia* vel *arte* tolli, seu *spontè* desinere. Num quia, ex sententia *Gordonii*, morbi diuturni motum *Solis*, perinde ùt *acuti* motum *Lunæ* sequantur? vel quòd secundum Coum circa magnas cœli mutationes sensibiles alterationes corporibus humanis accidunt? Id quod observes velim sedulò, ne ægrum intempestivo medicaminum usu defatiges, sed naturæ potius, nisi quid gravius urgeat, negotium committas, donec *solstitio* aut *æquinoctio* proximior fiat morbus, ubi adhibitis idoneis remediis non ita difficulter tollitur, sæpe etiam spontè cessat.

§. 2. Varia febris hujus compendiosè curatæ exempla proponit laudatus *Timæus*: (m) Hispano cuidam tribus circiter mensibus febri hac afflicto, signis jam coctionis in urina haud obscurè apparentibus, circa vesperum diei antecedentis exhibuit Crem. tart. dr. I. ex jure carnium non pingui, altero die,

(k) L. I. M. M. c. 7. p. 58. (l) L. VII. cas. 19. (m) l. c.

die, qui erat invaſionis, mane jujuno ſtomacho ex vino abſinthite præbuit: *Pulv.*

℞. *rad. Ialap.* dr. ſem. gr. V.
tart. vitriolat. gr. IV. M.

Egeſſit ingentem humoris melancholici copiam, ſine moleſtia viriumque debilitate. Poſt meridiem horâ tertiâ, conſveto paroxyſmi tempore, præter exiguum friguſculum, nihil febrile ſenſit, verùm obdormiſcens in ſudores incidit, quibus & poſtea & ſequentibus diebus ſpontè profluentibus, paulò ante æquinoctium vernum convaluit. Eôdem modo nobilem feminam, per integram æſtatem hyememque laborantem, feliciter liberavit. Eâdem quippe viâ morbum aggreſſus, ipſo acceſſionis die pulverem ſuum melanogogum (n) ex cereviſia calida exhibuit, cujus eperatio cùm fauſtè ſuccederet, & morbi reliquias, natura per ſodores ſpontè diſcuteret, febris circa æquinoctium autumnale perfectè ſoluta eſt. Eâdem prorſus methodo complures alios, præſertim robuſtiores, glorioſè curavit Vir omni laude dignus. Cùm cujusdam Nobilis officialis aliàs naturâ ſat robuſtâ præditus, & difficilis alvi, diu quartana laboráſſet, aliis incaſſùm adhibitis, ſolo hoc pulvere expugnata, ſuccedanea admodum largâ vitioſorum humorum excretione:

℞. *Pulv. R. Jalap.* ſcrup. IV.
diagrid. præp. gr. VI.
crem. tartar. ſcrup. ſem. f. pulv.
diſſ. c. hydromell. unc. III. M.

J. Frid. Herwich (o) in diſp. de quartana habet hunc:

℞. *Gialap. nigr. reſin.* ſcrup. I.

(n) in deſcript. medicament, caſib. ej. annex, p. 422.
(o) Jen. 1688.

mag. g. g. gr. III.
tart. vitriolat. gr. V.
ol. anis. g. I. M. f. pulv.

Joanni Schickio, Ducalis Præfecturæ Dennebergicæ Scribæ, grandis staturæ Viro, sed mollioris alvi, dabamus:

℞. *R. Jalap.* scrup. I.
tart. Vitriolat. gr. III.
sir. viol. laxat. unc. sem.
aq. meliss. q. s.

Et: ℞. tart. vitriolat. gr. VI.
resin. Jalap. gr. XII.
crem. tart. dr. sem. M. pro 2. dosib.

Larga inde evacuatio.

Centurioni cuidam dedimus:

℞. *R. Jalap.* scrup. I.
cryst. tartar. gr. IV.
tart. vitriolat. gr. III.
mag. Jalap. gr. I. M.

Optata operatio. Generoso Dn. *Achatio de Princk*, Equitum Magistro, ex Hungaria reduci, post varias recidivas, diebus intermissionis dedimus vinum laxativum, suprà *Pröckio* & *Harstallio* præscriptum, at purgantium dosi aucta. Incredibili ferè saburrâ egestâ, ante paroxysmum hora una capiebat de pulvere *Lanzoniano*, cujus descriptio hæc est:

℞. Cremor. tart.
sal. absinth.
chin. chin. an. dr. I.
sandal. rubr. dr. sem.
sp. vitriol. rectif. gutt. XXX.

Quem guttatim affund. pulv. misc., & postea lento calore exsicc. & pulv.
Div. in 4. p. æqu.

Dn.

Dn. Mich. Krummbügels / Consil. Camer. Wolfenbyttel., Amici quondam Venerandi, famulus XVI. annorum ipsis diebus canicularibus quartana correptus, obtinet à me sequentem:

℞. *R. Jalap.* scrup. I.
crem. tart. scrup. sem.
sp. diaturb. c. rhab. gr. XII.
mag. Jalap. gr. I. M.

Quo ingens sentina, una cum multis vermibus, expulsa est, puero bellè citòque restituto. *Henrici* Ditrichs/civis Wolfenbyttelani, filius XII. ferè annorum, post quintum paroxysmum, ipso accessionis die, cum jusculo devorabat pulv. ex crem. tart. & *R. Jalap.*, largâ sequente evacuatione. Et eôpse die febris cessavit. Serenissimo Saxoniæ Duci, Domini *Joanni Georgio*, in eadem febri dedi, ipsâ invasionis die,

℞. *R. Jalap.* scrup. I.
cryst. tart. gr. III.
tart. vitriolat. gr. II.
mag. Jalap. gr. I. M.

Secuti octo secessus sine molestia, sine omni ventris tormine. Rustica superiori anno, purgato antè corpore, solius *R. Jalap.* drachm. sem., ante paroxysmum, cum cerevisia calida; sumsit & pulv. ex fl. centaur. min. & Rad. asari. Inde quatuor vomitus, quos excepit largus sudor cum magno sanitatis incremento. Verùm post tres septimanas fiebat icteritia. Cùm itaque nobilis Matrona hactenus *psittacum* aluisset, quem verò mortuum in fossam projecerat, de eodem in furno calcinato cum decocto absinth. & rad. petroselin. ter quotidie ad dr. II. hausit, aurigine brevî detersâ, ut non im- Obs.

immeritò dicat *Andromachus* noster. (p) *Psittacus* in pulv. redactus, & ad dr. I. exhibitus, adjuvat omnes *ictericos*.

§. 3. *Franckiano* (q) juveni sartori XX. ferè annorum, febri hac cum atrocissima tussi, capitis dolore & desiderio vomendi, jam XXV. septimanas correpto, præcipitatis acidis pulvere quodam antimoniali particulis, sequens potio curæ coronidem imposuit.

Potio. ℞. Decoct. veronic. & polyp. q. unc. III.
pulv. Jalap. resin. scrup. I.
crem. tartari scrup. sem.
scammon. sulf. g. VII.
antimon. diaph. g. VI.
cinnab. antim. rit. præp. g. I. M.

Vel: ℞. Rad. cichor. & polyp. an. unc. sem.
fol. aspleni
summit. fumar. an. pug. III.
f. sen. alex. s. st.
fibr. helleb. n. præp. an. dr. III.
gialap. dr. II.
sem. anis. & fœnic. an. dr. II.
coq. in aq. font. Col. unc. VI. add.
oxymel. helleborat. unc. II.
aq. cinamom. dr. I. M. f. P. (r)

§. 4. *D. Jüngken*, (s) paucis ante paroxysmum horis, lene hoc purgans dabit, quod stimulando potius, quam multùm evacuando, operabitur:

Pilul. ℞. Gummi ammon. scrup. sem.
mercur. dulc. gr. XII.
resin. Jalap. gr. V. M. f. pil. pro dosi.

Vel:

(p) L. III. Encyclop. med. c. 8. p. 554. (q) de veronic. p. 230. (r) Rolfinc. L. IV. consl. 6. (s) Vade mecum. p. 136.

Vel: ℞. Pulv. laxativ. vegetab. ſcrup. I. *Bolus.*
reſin. jalap. gr. IV.
merc. dulc. gr. III.
c. ſir. de cich. c. rhab. q. s. f. bol.

CAPUT IV.

DE USU JALAPÆ IN FEBRE SYNOCHA.

§. I.

FEmina quædam febri ſynocha ſimplici cum ſiti, pulſu celeri, frequenti & magno, dorſi lumborumque dolore, urina tenui & rubicunda, ac vigiliis nimiis, primùm cùm corriperetur, ſedato deinde convenientibus remediis febrili paroxyſmo, quarto die, ne reliquiæ ipſi aliquid mali inferrent, purgationem illi deſtinavit *Franc. Piens.* (t) (4.) *In ſynochn.*

℞. rad. apii & polyp. q. an. dr. I. *Potio.*
fol. matricar. artemiſ. & cichor. an. pug. I.
liquirit. raſ.
paſſul. mund.
ſem. anis. an. dr. I.
dauci ſcrup. I.
f. decoct. in aq. endiv. unc. III.
in quibus macer. per noct.
R. Jalap. dr. I. & ſem.
rhabarb. dr. I.
ſpic. nard.
cinamom. an. gr. X.
Mane expr., cui add.

(t) de febrib. c. 2.

conf. hamech dr. II.
sal. tart. dr. sem. M F. H.

Rolfinc. studioso cuidam hanc propinat potiunculam: (u)

℞. f. sen. alex. s. st. dr. III.
mechoacan.
jalap. an. dr. sem.
cinamom.
cubeb. an. scrup. I
inf. in s. q vin. rhen.
stent in loco calid., mane, post len. ebullit. fort. expr.
Col. unc. III. add.
Sir. ros. sol. dr. VI.
cremor. tart. dr. sem. M. f. P.

§. 2. Alia, prævio purgante ex sola *jalapa* cum ejus resina mixta, utebatur theriac. German. Paracels. Vulgò ita dicitur, verùm in scriptis ejus non reperitur. Vid. sîs tamen eam in *Tyrocin. chym. Beguini.* (w) In febri synocha putrida cum arthritide vaga D. D. *Waldschmied* alia inter præscribet *bolum*:

Bolus. ℞. Elect. cariocostin. dr. III.
resin. jalap. gr. IV.
ol. carv. g. III. f. bol. pro dosi.

Pulv. §. 3. Pauperculus rusticus Hassus, præmissâ potione digerente, accepit à me *pulverem* ex *Rad. Jalap.* dr. sem. diagrid. corr. gr. II & ol. Carvi gutt. II. Decies & quinquies summo cum levamine ab eo purgatus, tertio pòst die hausit pulverem ex cochleis oblongioribus, in ripa Vierræ collectis, subsequente largo sudore. Demum solo decocto, è baccis

(u) L. IV. conf. 4. (w) c. 9. p. 201. Conf. Scharf. de junip. c. 7. p. 79.

baccis juniperi, herb. centaur. min. & absinth. vulg. confecto, & à pastore loci sibi commendato, perque dies aliquot magnâ cum fiducia continuato, omnem languorem longiùs profligavit. Mirum sanè, simplicissimis & nullius pretii medicamentis, quæ in probrum & contemtum Medicorum appellantur der Bauren Rath / quàmplurimos tenuioris sortis ægros servari facilè, contrà majoris census morbis correptos bene longo temporis tractu vel in lectis lentè tabescere, vel difficulter restitui. Illi quippe ad nutum Medicis parent, nihil pensi habentes medicamentorum apparatum & saporem: hi non item. Et illi solis Medicis, hi potiùs Amitis & Materteris parent: unde jocari quoque in hanc sententiam solebat D. *Sim. Paulli*, dicens: Faders Söster oc Moders Söster slaar so mange i hiel / i. e. *patrisque matrisque soror multos occidunt.* *Cur simplicioribus multi curentur.*

CAPUT V.

DE USU JALAPÆ IN FEBRI CATARRHALI.

§. I.

IN hujusmodi febri, cum sputo vomituque cruento ex diæresi, pilulæ sequentes satisfecêre: (5.) *In catarrhali.*

℞. Extr. pilul. coch. *Pilul.*
aurear.
resin. jalap.
scammon. an. gr. VI.
ol. succin. f. l. a. pilul. XXI, obduc. auro. S.
Purgirende Fluß-Pillen auff einmahl.

Nos

Nos scorbuticis aliquot dedimus has:

℞. Extr. helleb. nigr.
agaric. an. gr. V.
resin. jalap. gr. VIII.
ol. succin. gutt. I. f. pil. XII pro dosi.

Vel: ℞. MP. de succin. Crat. scrup. I.
extr. helen. scrup. sem.
resin. Jalap. gr. V.
diagrid. corr. gr. III. f. pil. XX.

Suspectæ videbuntur illæ, quas primo loco posui, ob aloën, vasorum ostia reserantem; at subnectitur earum defensio apud *Birlingium*. (x)

§ 2. D. *Laurent.* Blumentrost/ Physicus olim Imperialis Reip. Mülhusinæ, postea Med. ordin. Magnæ Russiæ Ducis, ordinabat pulverem. (y)

Pulv. ℞. *pulv. R. Jalap. resin.* dr. sem.
scammon. sulfurat.
mag. gumm. de Peru, an. gr. III.
antim. fix. gr. V.
fl. antidin. gr. IV.
elæosacch. citr. gr. II. M. Purgir-Pulver auff einmahl.

Obs. § 3. In hac febre, sicubi evacuatione opus est, cujuscunque sexus, complexionis, ætatisvè ægroti fuerint, ad sacram meam anchoram, *Jalapam* putâ, tutò confugio, nec me spes confundit. Hæc censurâ *Damperianâ*, est veluti *Numen tutelare*, & *ceu Angelus custos* cordati prudentisque Medici, *tàm in febribus, cujuscunque nominis seu malitiæ sint*, quàm in aliis morbis, *à vertice ad calcem*. Mihi sanè, quem *catarrhi* continuò tangunt & angunt, nihil *efficaciùs* & *fidelius* ferè aut *medelam*, seu *levamen* tamen, Dei beneficio hactenus præstitit, quàm *Jalapa*.

(x) C. I. advers. cur. cas. 57. p. 108. (y) Id. l. c. p. 111.

Jalapa. Hâc potissimùm *universam familiam meam*, grassantibus nuper *febribus catharralibus*, feliciter servavi, quæ solius Dei gratia est. Parvulo aliquot dierum mox grana *quinque*, mox *quatuor*, cum saccharo remista, dedi, dici non potest, quàm benignè & quàm faustè. Medici nomine haud dignum censebimus, qui hanc *radicem, à Deo nobis datam*, pro dignitate suâ non æstimat. Tot enim & tantæ ejus virtutes sunt, ut satis exponi nequeant. Ideo meritissimo jure κατ' ἐξοχὴν DEXTRAM DOMINI nominare soleo.

Nonne Dei dextra est *prorsus divina* Galapa?
nonne manus Christi *dicitur illa tibi*?

Hæc *Damperus*.

CAPUT VI.

DE USU JALAPÆ IN FEBRI VERMINOSA.

§. 1.

INitiô hyemis AC. MDCLXIII. in districtu dominii Veneti universo morbus quidam malignus & epidemi⁹ grassabatur, quô plus quam sexaginta millia hominum horrore & febri correpti sunt, ùt scribit ex aliorum relatione *Georg. Hieron. Velsch.* (z) Horum nonnulli citò interierunt, ceteri brevî evaserunt. Sectione cadaverum institutâ, mira & vix credibilis *vermiculorum* minimorum copia apparuit, causamque, quæ vel experientissimis nondum in mentem venerat, manifestavit. Gemmarius quidam, civis Augustanus, ex illis redux, quamprimùm apud Augustanos appulit, malè (6.) *In verminosa febri.*

 habere

(z) Hecatost. II. obs. 89.

habere cœpit, sibique propterea metuens, ne simi morbo decumbere cogeretur, consilium *Velschi* nostri expetiit. Hic purgandum censuit pulvere ex sp. diat. c. rhab. dr. I. sem. santon. & *Jalap.* an dr. sem. confecto pro duabus dosibus, juravitque se copiosè purgatum *plus quàm bis mille vermiculos* vivos excrevisse. Febris fuit epidemia maligna nec tamen vermes in omnibus comparuerunt. Æstatem prægressam plerique humidiorem, adeoque fructuum non satis maturorum esum, inter plebejos causam conjecerunt.

Pulv.

Obs. §. 2. Puella triennis copiosam fæturam *verminosam* à melle ros. sol. ad unc. II., immixtis tart. Vitriolat. & *mag. Jalap.* an. gr. X. diagrid. sulfurat gr. III. ejecit. Puer novennis gravissimo spasmo & convulsionibus non semel tentatus, pulv. cum lacte calido sumens, pusillos suos carnifices in fimeto mox conspexit.

Pulv. ℞. *Rad. jalap.*
CC. ust. an. dr. sem.
tart. vitriol.
mag. Jalap. an. gr. VI.
troch. alhand. gr. III.
ol. still. absinth. gutt. II. D. hievon 3. Messer-Spitzen voll auff einmahl.

Obs. §. 3. Vocatus nuper ad puerum duodecennem, cum crebriori vomitu, vigiliis continuis, molesto capitis dolore & stillicidio urinæ decumbentem, statim dixi, *vermes* subesse, queis expulsis, nec Medico, vel Pharmacopœo amplius opus esse. Do igitur semen cinæ, immixtâ *resinâ Jalapæ* & cornu cervi usti præparati, inuncto prius umbilico oleo destillato tanaceti & absinthii, ac per aliquot dies puer commensales suos, diversi coloris & magni-

tudinis,

udinis, cum stupore Parentum, ἄνω καὶ κάτω rejecit. Næ in omnibus morbis puerilibus, præsertim febribus, ùt *vermes* mihi semper suspecti sunt: ita (sicubi purgandum est) *Jalapam* meam advoco. Fides catholica mulierculum in Gallia est: *omnes pueros scatere vermibus*: sed cùm nullus aliquando ejicitur, eos dicunt in humores putridos fuisse conversos, nec ineptè.

CAPUT VII.

DE USU JALAPÆ IN FEBRI CONTINUA.

§. I.

IN tali febri rhabarbarum inprimis eligit *Francisc. Piens*, (a) ubi elegans apozema alterans & purgans simul dabit. Magno cum commodo immisceri potest *Jalapa*. In hoc febre, calore excedente molesto, Baronissæ cuidam *Thonerus* (b) sequens præscripsit vinum: *(7.) In continua.*

℞. R. cichor. enul. polyp. q. an. dr. II. *Vinum,*
f. beton. meliss. card. ben. chamædr.
absinth. & adiant. utr. an. pug. I.
sen. s. st. unc. I.
agaric. rec. troch.
rhab. el. an. dr. III.
R. Jalap. dr. II. & sem.
Passul. min. mundat. unc. I.
gal. min. scrup. II.
sem. anis. dr. sem.
c. sindon. alb. f. saccul.
Inf. libr. III. vin. & libr. I. aq. cichor. ad in-

(a) l. c. p. 125. (b) L. I. obs. 16.

fringendum calorem, de quo duab. horis ante prandium dimid. quartale hausit.

Leniter absque ullo tormine & sufficienter operationem suam peregit, ipsaque à febre libera & immunis evasit.

Potio, §. 2. Nobilis quædam femina, ad educendos humores pravos, hauserat potionem, ex

℞. f. sen. s. st. unc. sem.
tart. alb. dr. II.
sem. fœn. dr. I. & sem.
Immixto crem. tart. scr. I. & *pulv. R. Jalap.* gr. XII. M. pro 2. dos.

Ultimâ exhaustâ nudis pedibus obambulabat in area lapidibus strata, bibens simul affatim lac butyraceum frigidum, neglecto Medici monito. Verùm quanta inde tormina & deliquia, ac ἴλιας κακῶν. Simili exemplum de purgante cum lacte infaustè sumto profert *Ridlin.* (c)

Virgini XVII. ann. *Lentilius in Miscellan.* dedit hanc potionem:

℞. Aq. cichor. unc. I.
pulv. Cornach. dr. sem.
map. Jalap. gr. IV.
sir. cich. c. rh. unc. sem. M. f. H.

§. 3. Cuidam febre lentâ malignâ & continuâ, cum ardore pectoris, linguæ ariditate, ac diarrhæa laboranti, *Höfer* (d) dedit pulv.

Pulv. ℞. Rhabarb. el. scrup. IV.
Jalap.
cryst. tart. an. scrup. sem.
sp. vitriol. gutt. V. M. pro 2. dos.

Alia ex febre continua, cujus fomes in ventriculo

(c) cent. obs. singul. num. 35. (d) l. a. p. 178.

tulo cumprimis hæsit, ex fervore biliosi humoris cum serosis mixti, divexata, accipit à *Thonero*: (e)

Bolus.

℞. Elect. de tamar. c. f. sen. dr. III.
mag. Jalap. gr. XII. f. Bolus.

Intra horam operari cœpit. Septem secessus secuti ea matutina & etiam vomitus provocatus, rejecta materia amara, biliosa sat copiosa, tàm felici successu, ut febrilia symptomata eo die remissiora, & ægra cis paucos dies ab omni molestia immunis reddita sit. In forma solida boli meliùs & copiosiùs operatur illud electuarium, dum diuturniorem in ventriculo trahens moram, vitiosos humores commodiùs inquirit & allicit.

§. 4. Nobilissimæ Virgunculæ nuper *conditum Sylvianum* misi, paululùm immutatum, interposito sudorifero, & brevi languere desiit. (f)

Conditum.

℞. Conserv. ros. pallid. dr. VI.
el. è succo ros. unc. sem.
pulv. R. jalap. dr. sem.
cryst. tart. scrup. I.
troch. alhand. gr. IV.
c. s. q. sir. ros. sol. f. condit.

Dos. quantitas nucis moschat. bis in die.

CAPUT VIII.

DE USU JALAPÆ IN FEBRIBUS MALIGNIS.

§. I.

Est quidem purgatio nihil aliud, quàm artificiosa humorum turbatio & fermentatio, (uti li- qui-

(8.) *In febrib malign.*

(e) in append. ad obs. p. 362. (f) vid. sylv. L. I. Prax. med. c. 29. p. 243.

quidissimis verbis, optimis annexis rationibus, communis Germaniæ Magister, Inclytus *Sennertus* (g) docet,) & quid item febris quàm p. n. ζέσις aut ebullitio sanguinis, ipso sæpe adhuc fermento in ventriculo hærente? Pulcrè igitur (sed scilicet), per fermentationem purgantis ebullitioni sanguinis medeberis, ait *D. Simon Paulli* (h) quem totum, more suo, exscripsit *Tilingius*, (i) suppresso licèt Excellentis Viri nomine. Vetus igitur lis, *an liceat purgare in fe[b]ri maligna?* qua de Idem *Tiling.* post multos alios, quos jam haud vacat excutere, prolixiùs egit. (k) Leniora & minorativa, habito temporum, morbi, motusque naturæ respectu, in principio exhibita, nec naturam turbant, nec malignitatem augent, sed materiam in primis viis stagnantem, quæ semper negotium reddit gravius, suavi Naturæ solamine evacuant, ut cetera remedia tutius jucundiùsque operari valeant. Omnia autem scammoniata, antimonialia, aliaq; validiora proscripta esse volumus. (l) *Purman.*, licèt Chirurgus sit, rem tamen acu tetigisse mihi videtur, (m) asserens: primordium capiendum esse à leniore purgante, non obstante sententiâ contrariâ. Ecquî enim tot noxios humores commodiùs expuleris? & num diaphoretica, optima sanè in his febribus remedia, efficaciùs operari poterunt, quàm si antea nutritionis & coctionis viscera, ab humoribus superfluis, fomite morbi, expedias. laudatque, ceu probatum, pulverem hunc *Rolfinccius*:

An purgandum?

℞. Cre-

(g) L. V. Inst. Med. P. I. S. I. p. 951. (h) de febr. malign. §. 72. p. 89. (i) de febrib. petech S. II. c. 8. p. 279. seq. (k) l. c. (l) Rolfinc. L. IV. consil. 13. p. 516. (m) S. IV. des rechten Feldscherers c. 4. p. 203. seq.

℞. Cremor. tart. gr. XXVIII. *Pulv.*
resin. Ialap. gr. XIII. (dosis hæc augeri minuique potest,)
elæosacch. cinam. g. II. M. f. p.

Idem viro XXX. annorum cum jusculo da- at: (n)

℞. Cryst. tart.
Jalap. resinos. an. scrup. sem.
elæosacch. citr. & anis. an. gr. III. M. D. S.
Lind- Pulver.

Ludimoderatori *Istano* molestissimâ tussi simul vexato, ad incidendos humores viscidos, dedi primùm aq. pectoralem, deinde pulv. ex sola *Jalap.* ad scr. I. *magist.* ej. gr. II., cui admiscuit ille sir. ros. taxat. unc. sem. Deniquе alexipharmacum, & paucos intra dies optimè sibi redditus est. *Conrad. Metzinger*, incola Wüntschensulanus, contra mandatum meum, ipso solstitii æstivalis die anno MDCLXXXIX. fortius purgans ex *Jalapa* ejusque resina &c. assumserat, & nihil inde molestiæ, seu periculi vidimus. Eodem die alius in minori *Lupnizia* venæsectionem instituit feliciter. Decumbebat ante quinquennium Organista noster *Bacchius*, cum universa familia sua satis numerosa. Omnes omninò purgabantur, alii in principio, alii in fine malignissimæ febris, singuli tamen ex voto, cunctisque, Dei gratiâ, ex præsentissimo vitæ discrimine redemtis, ùt ipsi adhuc testabuntur fusiùs. Viro, declinante morbo, dedimus:

℞. *R. Jalap.* scrup. I.
tart. vitriol.
mag. Jalap. an. gr. IV.
ol. still. carv. g. I. M. f. P.

(n) L. IV. consf. 9. p. 482.

Purgatus *ter & decies*. Conjugi ejus:

℞. *R. Jalap.* scrup. I.
tart. vitriol. gr. VI.
mag. Jalap. gr. IV.
ol. dest. fœnic. g. I. M. f. p.

Decies & ultra secessit. Filio XXVI. annorum:

℞. *R. Jalap.* scr. I.
tart. vitriol. gr. V.
mag. Jalap. gr. IV. M. f. p.

Purgatus est *septies*. Alteri XXII. annorum:

℞. *R. Jalap.* scrup. I.
tart. vitriol.
Mag. Jalap. an. gr. IV. M. F. P.

Dejecit *novies*. Filiæ XXIX. annorum:

℞. *Mag. Jalap.* gr. XIII.
ess. scammon. gr. II.
D. c. pomo assato.

Decies & ultrà.

Alteri XVII. annorum:

℞. *R. Jalap.* gr. XIII.
tart. vitriol. gr. III.
mercur. dulc. gr. VI.
ol. still. anis. g. I. M. f. P.

Et ita reliquis proportionaliter. Studiosè selegi *jalapam*, ùt tutissimum purgans, etiam ob ægrotantium curtam domi supellectilem. Dici non potest, quantùm excruciârint tantùm non omnes cardialgiæ, aliaque insolita ferè symptomata. Sumto autem purgante ἄνω καὶ κάτω conjux, filia, filiusque junior & puella quinque annorum crassos longosque rejecêre lumbricos, omni dolore protinus cessante. Sit nomen Domini benedictum! Vietor Isnacensis accepit hunc:

℞. Tart. emetic. M. gr. III.

sal.

ſal. cich.

pulv. R. Ialap. an. gr. VI. M.

Largiùs, ſed καλῶ tantum purgabatur cum εὐφορίᾳ.

Servus Amici cujusdam noſtri, prævio purgante,

℞. *Pulv. R. Ialap.* ſcrup. I.

tart. Vitriol. gr. V.

mag. Ialap. gr. IV.

tart. emet. M. gr. I. M.

Suprà & infrà copioſè evacuatus, accepto diaphoretico, extra periculum ſibi viſus, agenda ſua egit. Verùm mox in tertianam, exque hac in quotidianam lapſus, denuò ſumto purgante, at ſine tart. emet., per triduum uſus eſt Eſſentiâ ſtomachicâ, & denique pulv. antifebrili è ſolis cochleis, ſeu potiùs teſtis earum, parato, quò febris opinione citiùs abacta eſt. Imò in ipſa peſte, valet ſi ventriculus ſaburrâ repletus exiſtat, aut vomitorio, ſeu convenienti cathartico, in diſpoſitis removeatur, cui intentioni *Ialapa* fideliter famulabitur.

§. 2. Vir LVIII. annorum capiebat mane & circa veſperum tria cochlearia *decocti tamarindinati* ſuprà deſcripti, proſtrataque natura caput mox altiùs efferens, pauciſſimis adhuc medicamentis adjuta, Virum nobis ſervavit. Piſtori ordinavimus potionem ex *Obſerv.*

℞. Decoct. tamarind. unc. III. admixt. *Potio.*

ſirup. diaſ. Andern. & cich. c. rhab. an. unc. ſem.

pulv. R. Jalap. ſcrup. ſem.

tart. Vitriol. gr. II. M.

Copioſè egeſſit fœtidiſſimos humores diverſi generis, & bellè evaſit. Eandem dedi coriario & pluribus, (minori tamen doſi) omnibus adhuc, Dei gratiâ, viventibus. Scholaris XXII. annorum, *Obſ.*

ſuperatis jam petechiis, licèt valde languidus eſſet, tamen decoctum iſtud duabus vicibus datum ex voto tulit, etiamnum pancraticè valens. *Iaann. Bretſchneider* auriga in ſummo delirio, cum juſculo prunorum hauſit pro duab. doſibus, uno autem die ſumendis:

Potio. ℞. Sir. diaſ. Andernac. dr. VI.
cich. c. rhab. unc. ſem.
pulv. R. Ialap. gr. XVI.
tart. vitriol. gr. IV.
mag. Ialap. gr. III. M.

& fauſtè eluctatus eſt. *Ditericus Wallich.* in declinatione morbi, tuſſi adhuc moleſtâ infeſtante, ad expulſionem, quô ſcatebat, phlegmatis, ſequenti uſus potione, (creberrimè aliis quoque cum ſucceſſu data) & denuò ὀρθοςάδιος factus eſt.

℞. fol. ſen. ſ. ſt. unc. ſem.
tart. alb.
ſp. decoct. noſtri pectoral. an. dr. II.
ſem. carv. dr. I.
Inc. & cont. coq. in aq. Col. adm.
Mel. roſ. ſolut. unc. I.
mag. Ialap. gr. VIII.
tart. vitriol. gr. IV. M. f. P.

Septies dejecit ſummo cum levamine *Henrici Kochii* Satoris filia XXXIII. annorum, ſumſit initiò emeticum, ob facilem & laudabilem operationem valde laudatum ab ipſa. Et quamvis non manſerit immunis à contagio, mitiùs tamen cum ea actum eſt, quàm cum ceteris domeſticis. In declinatione, viribus utcunque ſufficientibus, porrexi eidem hauſtulum:

℞. Aqu. meliſſ. unc. II.
ſir. roſ. ſolut. unc. ſem.

pulv.

pulv. R. Jalap. scrup. I.
tart. vitriol.
mag. Jalap. an. gr. III. M. pro dosi.

Exantlavit humores residuos sufficientissimè, & nunc ex voto valet. *Hermann. Trostman* Martsullanus acutissimâ febri malignâ decumbens, cum intricatis symptomatibus, bonâ horâ accipit potionem laxantem suprà citatam, & gratias nuper mihi egit prolixas. Nobilis Virgo ab *Erfa*, viribus jam attritis, me consuluit. Video obstantem intentioni meæ saburram in toto corpore nidulantem, post sudorem tamen cum levamine procuratum, laxans propinavi ex

℞. *rad. Jalap.* scrup. I.
Mell. ros. sol. unc. sem.
aq. ceras. n. & beton. an. unc. I.
sp. Vitriol. g. IV. M.

paucis adhuc additis confortantibus, & grata mihi fuit. Alia de *Creuzburg* eôdem malo afflicta, faustum colophona eidem imposuit haustulo sequente:

℞. Elect. diaph.
Mell. ros. solut. an. unc. sem.
crem. tartar. gr. XXVI.
mag. Jalap. gr. IV.
aq. acetos. q. s. M. F. H.

Dn. *Petr. Tob. Kreutznacher*, Pastor Micro-Lubnizensis, gravissimâ febri malignâ nuper decumbens, initiò statim accipiebat potiunculam ex

℞. *R. Jalap.* dr. sem.
tart. vitriolat. gr. IV.
mell. ros. solut. dr. VI.

aqu.

aqu. borrag. unc. II.
ſp. vitriol. g. VI. M.

A quâ novies citra moleſtiam purgatus, reliquis medicamentis cò promtius & efficacius poſteà vim ſuam exerentibus. Frater ejus, XVIII. annorum adoleſcens, licèt diarrhæa ſimul correptus, optime tamen tulit hancce:

℞. Aqu. fl. acac.
menth. criſp. an. unc. I.
cinam. cydoniat. dr. II.
ſir. diaſ. Andern. unc. ſem.
pulv. R. Jalap. ſcrup. ſem. M. D.

Obſ. eos. noſtri ancilla, febribus petechialibus per oppida & agros longè lateque vagantibus, iisdem corripitur. In auxilium vocat Practicum, Doctoris titulo mactum, qui pro tuſſi varia præſcripſit, dicens: ſie habe einen alten Schaden im Leibe. Res cùm conclamata foret, ipſeque, qui opitulari debebat, totus deſperâſſet, me jubet vecari Herus, die decubitus decimo ſexto. Ociùs dixi: petechias ſubeſſe, miſertusque miſerabilis & pauperculæ perſonæ, diaphoreticum dedi, quod hoſtem, ignorante & connivente Medico, tamdiu cruciantem fauſtè expulit. Intra ſeptiduum, Dei gratiâ, reſtituta, ſumſit deniqúe hauſtulum:

℞. Aq. chamomill.
menth. cr. an. unc. I. & ſem.
pulv. R. Jalap. ſcrup. I.
tart. vitriolat. gr. VI.
mag. Jalap. gr. IV.
diagrid. corr. gr. I. M.

Obſ. A quo feliciter purgata, mox ad ſuetos labores ſuos rediit. *Henrici Hobuſii*, civis noſtratis conjux, accipit à temerario quodam *puerilis biſolii Calendarii*

llarii (est phrasis Barlæana) inspectore, quinti præcepti parùm memore, nescio quæ stagmata. Sed ex scylla labitur in charybdim, ut jam actum esse clamarent domestici viciniqueomnes. Ego tandem vocatus meritò detestabar execrandam ineptissimi Medicasterculi temeritatem. Compositis igitur omnibus, quæ ratio & methodus postulabat, quantum mihi ob rem domi angustam licuit, Dei adjutorio tandem miserrimam feminam è præsentissimo vitæ periculo eripui, at non sine ope *falapina.* Heu mihi, quòd adeò impune mortalium periculis discant noxia terræ pondera, & per mortes tantùm experimenta facere velint. *Experimentum periculosum* (ait Pergamenus noster, (n)) *& ipsum materiæ ratione: neque lateres, lutum, ligna, lapides, tegulæ, corium Artis medicinalis, ut aliarum materia sunt, in quibus experiri & exercitari multis modis impune licet illi, qui se circa materiam exercet, & artis theoremata meditatur; id quod in lignis carpentarii, in coriis coriarii faciunt. Ligna siquidem & corium malè tractantem corrumpere, nullum periculum est: at in corpore humano illa experiri, quæ non sunt experientia comprobata, non est citra periculum, cùm mala experientia ad totius animalis interitum terminetur.* Laudo laudatissimam ordinationem Reverendissimi ac Celsissimi Episcopi & Principis Padebornensis, Domini *Ferdinandi*, Comitis Pyrmontani, L. B. à *Fürstenberg*, Principis Eruditissimi, qui *suaviter & fortiter* ita; (o)

Zuförderst weil nicht allein billicher Vernunft/ sondern auch aller wohlbestellter Republiquen Policey-

(n) in Comm. L. I. aph. I. Hipp. p. 8. T. VII. (o) Vid. Paderbornische Artzney-Ordnung Tit. I. §. 1.

licey Ordnungen und löblichen Statuten gemäß/ daß sich niemand einiger Kunst oder Wissenschaft unternehme und gebrauche / er seye denn gnugsam dazu qualificirt / und habe solches nicht allein bey geschickten und unstraffbaren Leuten gelernt / sondern könne auch deswegen beständige Probstücke und gebührlichen Schein auffweisen und darthun; Als wird hiemit ernstlich befohlen/daß sich niemand hinfürter unter denen/so unsrer jurisdiction und Gebiet unterworffen sind/ einiges curiren/mediciniren / oder dergleichen Dinge zu administriren unterfange/er sey denn ordentlich dazu beruffen/habe auch von wohlbestellten Universitäten / oder Academien gebührliche testimonia,oder aufs wenigste expressen/und besonders unsern consensum und Erlaubniß. Und werden derowegen alle Landstreicher/Theriac-Krämer / Schwartz-Künstler/Teuffelsbänder / Juden / ungerathene Alchimisten/ (vermessene/ ungeschickte Schulmeister) alte Weiber / und alle andere sich selbst auffwerffende Aertzte / deren ordentliche Profession es sonst nicht ist (es sey dann/ daß von uns eine oder andere examinirte / und in richtiger Erfahrniß befundene Person dazu erlaubt würde/)einmahl für all gäntzlich abgewiesen.

Ejusdem tenoris erat ordinatio Pii *Ernesti*, Ducis Saxoniæ Incomparabilis. Regia constitutio Hafniensis hujusmodi furfuris homines urbe & Provinciâ actutùm ejicit. (p)

Pilulæ. §. 3. *Pilulas* ex aloë & myrrha, cum *resin. Jalap.* paulisper acuatas, commendat D. *Jüngken.* (q) *In-*

(p) Vid. Bartholin. Medicin. Danor. domestic. diss. V. p. 196. (q) in Prax. med. p. 816. Conf. Greg. Horst. Cent. problem. θεραπευτικῶν Decad. ult. qv. 1.

Justinus Ditmar Rulanus sorpsit cum jusculo prunorum:

℞. Elect. de tamarind. c. f. sen. Horst. dr. VI. *Elect.*
mag. Jalap. gr. IV.
tart. vitriol. gr. V. M.

Et mox abiit Lubecam. Ei, qui percutit & sanat, sit laus & gloria nunc & in æternum!

PARS QVINTA

Enarrat usum Jalapæ specialem *in* AFFECTIBUS ALIQUOT EXTERNIS.

CAPUT I.

DE USU JALAPÆ IN ARTHRITIDE SIMPLICI.

§. 1.

EXpensâ virtute *Jalapæ* in affectibus internis supremæ, mediæ, imæque corporis regionis, æquum & salutare nunc erit, potentiam ejus admirandam etiam in affectibus aliquot externis hic delibâsse, & primùm quidem in *arthritide*. Hæc vox communiter ad omnes dolores extenditur, in quacunque corporis coarticulatione ad motum destinata existant. Ἄρθρον articulus, & ἄρθρωσις articulatio, est ossium commissura seu junctura. Sunt autem *(1.) In arthritide simplici.*

autem alii articuli, vel ossium commissiones immobiles, ùt sutura cranii & dentes in maxillis, qui nihil ad nos. Alii mobiles, ceu sunt coarticulationes ossium, pedum, manuum, coxarum, scapularum, vertebrarumque dorsi, in quorum ossium coarticulationibus sœpe acutissimi excitantur dolores, qui ἀρθρίτιδες i. e. morbi articulares vocantur, quorum species sunt *podagra*, *chiragra*, *coxendix*, seu *dolor ischiadicus scapularum* & *spinæ dorsi dolor*, nec non *gibbositas*. Proderit *Jalapa* in omnibus & singulis, quatenus serum illabens in poros articulorum, permeans suis particulis inæqualibus salinis vappescentibus, hunc affectum causans, tollit; quâ causâ sublatâ, sœpe illo ipso die melius habent ægroti. Multâ experientiâ comprobatum est, radicem *sigilli B. Mariæ* probè contusam & admotam genuum tumoribus & doloribus mirè conferre, præcipuè gonagricis, idque à D. *Matthæo Quesnoto*, experto chirurgo Nemausensi, accepit, verumque esse comprobavit *Borellus*, (r) sed in podagricis primô corpus evacuandum est *Jalapâ*, & tandem causa conjuncta hoc topico tolletur.

Willisii curatio. §. 2. Acutissimus *Willisius* sedem affectus hujus in nervosis partibus collocat, & à primario symptomate, dolore scilicet, concludit, duos scopos curativos maximè requiri, (1.) ut solutio continui auferatur, (2.) ut fibrarum, seu spirituum in iis scatentium irritatio, seu incandescentia, compescatur. Ad jam impactam materiam discutiendam, seu dissipandam, evacuantia & alterantia commendat, purgantia verò illis, qui non sunt adeò teneræ constitutionis, inter quæ etiam laudat pilulas sequentes.

℞. Mer-

(r) C. II. obs. 10.

℞. Mercurii dulcif. scrup. I. *Pil. ej.*
resin. Jalap, gr. III.
ol. caryophyll. gutt. I.
bals. peruvian. q. s. f. pil. XIII. pro una vice. (s)

Joann. Coster. (t) in ipso paroxysmi initio purgationem instituit, subnectens ibi formulam *Jalapâ* nostrâ splendentem.

Pilulæ *Timaana* (u) tàm in simplici, quam vaga arthritide hæ sunt: *Timai.*

℞. MP. angelic. unc. sem.
extr. rhabarb.
fol. senæ
hermodactyl. an. dr. I.
acid. tartar.
resin. jalap. an. scr. II.
sal. chamædr.
chamæpit.
veron. an. gr. XIII.
ol. still. N. mosch.
fœnic.
carv. an. gutt. VII.
M. c. sir. ros. sol. f. pilul. è quolibet scrupulo num. XI.
Deaur. & sum. quovis mense,

& in *descript. medicamentor.* (w) hasce commendat phlegmagogas.

℞. fol. sen. s. st. unc. I.
agaric. albiss.
rhabarb. el.
mechoacann. alb.

(s) Vid. Dolæi Encyclop. med. L. III. c. 14. p. 740. (t) præcip. corp. human. affect. theor. & prax. tab. 97. (u) L. V. epist. med. 1. (w) p. 911.

turpeth. gummos.
Jalap.
hermodactyl. an. unc. sem.
sp. arom. ros.
diarrh. Abb.
diambr. an. dr. I.
crem. tart. dr. sem.

in pulv. redact affund. sp. vin. libr. III. Digerantur per novendium loco calido, ut spirit. vini tingatur, quem effunde, rursusque speciebus affunde spirit. vin. recent. libr. I. & sem. Digerantur denuò per dies tres. Tinctura priori commisceatur, & spir. vin. per destillationem abstrahatur, f. s. a. Extract., ex quo form. pilulæ.

Arthriticæ pilulæ aloëticæ *apud Rolfinc*, hæ:

℞. extr. aloës scr. sem.
hermodactyl.
Jalap. an. gr. VII.
pulv. ivæ arthetic. g. III.
ol. salv. & majoran. an. g. II.
f. pilul. XXIX.

Lentiliana in *Miscell.* hæ:

℞. MP. tart. Querc. scr. I.
merc. d. gr. XV.
mag. Jal. gr. VI.
gumm. g. gr. III.
c. Ess. lign. sassafr. p. pil. XXX.

Obs. §. 3. Molitor XXX. annorum præcedente gravitate capitis & coryza, subitò prehendebatur dolore pedum cum tumore in articulis, eoque valde exquisito, juxta etiam accedentibus siti, anorexia & calore p. n. Vocatus D. *Riedlin.* imperavit venæsectionem in brachio, quam verò non adhibuerunt ordinavitque purgans & species pro decocto, queîs

queîs usus & bene evacuatus. Cùm verò dolores nondum remitterent, denuò jussit venam secari, & post hac vino medicato uti, sicque convaluit.

℞. H. fragar. endiv. chamædr. an. pug. II. *Vin. medic.*
Rad. acetos. cichor. an. dr. II.
irid. nostr. unc. I.
Jalap. resin. unc. sem.
fol. sen. alex. s. st. dr. VI.
hermodactyl. dr. V.
agaric. albiss. unc. sem.
sem. fœnic. dr. un. & sem.
Passul. min. unc. I.
tart. alb. unc. sem.
Cass. lign.
calam. arom. an. dr. sem.
Inc. & cont. D. (x)

Vinum præservativum D. M. apud *Birlingium* (y) hoc est:

℞. H. chamædr. chamæpith. anagallid. c. fl. an. Man. I.
fl. hyperici pug. III.
anth. betonic. an. pug. II.
Rad. helleb. n.
Jalap. an. unc. I.
Hermodactyl.
turpeth. an. dr. VI.
crem. tart. dr. II.
cost. aromat. ver. dr. I. & sem.
Inc. & cont. D. in nodulo, dulcor. ad palatum.

§. 4. Inter leniora evacuantia excellit *decoctum Rolfinccianum* (z)

(x) Vid. C. II. obs. 92. (y) append. var. medicament. ad C. I. Advers. c. 3. p. 10. (z) L. XIII. cons. I.

Decoctum. ℞. Rhabarb. alexandr. dr. I.
agaric. troch. dr. II.
gialap. resinos. unc. un. & sem.
spicæ, cinamomi an. scr. I.
coq. in. s. q. aq. Col. unc. V. add.
Mann. elect. unc. sem.
sir. ros. sol. unc. I. M. f. Haust.

§. 5. *Incomparabilis*, judicio *Tilingiano*, (a) inqu
paucis officinis prostans pulvis, quemque *secreti* in
star amicus ejus revelavit, talis est:

Pulv. ℞. Rhabarb. elect. unc. II.
Ialap. unc. I.
mechoacann. alb.
crem. tart. an. unc. sem.
ol. still. cinamm. gutt. XII. M.

Per inferiora sine molestia purgat, & sanguinem mundificat, pituitam ipsam, utramque bilem, flatus, ceterasque impuritates omnes è toto corpore educit & obstructiones tollit. Obid doloribus articulorum & hypochondriorum prodest. Dosis à scrup. I. ad II. & III. Majores tamen vires exerit sequens:

℞. rhabarb. opt. & elect. unc. sem.
crem. tart. dr. II.
resin. Ialap.
diagrid. sulfurat. an. scr. I.
ol. still. cinam. g. VI. M. Dos. à scr. I. ad II.

CL. *Höfer.* (b) militi, dolores circa vias urinarias & artus hinc inde vagos, à cacochymia totius corporis sentienti, hunc dedit:

℞. Rhabarb. opt. dr. I.
Ialap. scrup. I.
macis

sal.

(a) Rhabarbarol. P. II. c. 4. p. 141. (b) l. c. p. 178.

sal. card. ben. an. scr. sem.
croc. gr. II. M. pro 3. dosib.

olfincciamus hic est: (c)

℞. *pulv. gialap.* resinos. gr. XX.
elæosacch. anis. gr. III.
nitr. antimoniati gr. IV. M. f. pulv.

§. 6. De *Electuario* in arthritide utilissimo egi-
mus suprà. (d) *Pilulas* autem *Schefferianas* vide a-
pud CL. *Schröder.* (e) Sequens *emplastrum* pro ar-
thritico in solatium ægrotorum communicat D. *Do-
læus.* (f)

℞. Confect. hamech. unc. I. *Emplastr.*
pulv. Ialap. unc. sem.
extr. fibrin. trifol. dr. II.
lithargyr. aur. unc. VI.
sapæ antimon. unc sem.
sacch. cant. dr. VI.
ol. olivar. q. s.
ceræ & picis parùm, f. l. a. emplastr.

Nunquàm te frustrabit effectu, modò in tempo-
re adhibeas. Mille enim experientiis est compro-
batum. Extrahit dolores podagricos non repel-
lendo eosdem, sed morbificam materiam extrahen-
do, resolvendo & discutiendo, seu obstructionem
tollendo. Cùm enim primordia sint utplurimùm
ab aciditate hostili, ad corporis ambitum delata, &
artus molestante, eorumque membranas obstruen-
te, in quibus podagræ character Gasteranacem, di-
gestionum Præsidem, afficit. Impone ergo hoc
emplastrum artubus dolorificis, quamvis inflam-
matis, & relinque, donec tumores, dolores & hu-
mores evanuerunt, & mira præstabit.

(c) L. XIII. cons. 2. (d) L. I. c. 25. (e) Pharmacop. Med. Chym. L. II. c. 73. p. m. 253. (f) L. III. Encyclop. Med. c. 14. p. 741.

CAPUT II.

DE USU JALAPÆ IN ARTHRITIDE VAGA SCORBUTICA.

§. 1.

(2.) *In arthritide scorbutica.* VIx expugnabis hanc luem, nisi, præter venæ sectionem, etiam purgationem *Jalapinam* ritè dextrèque instituas. Hæc facit, ut reliqua curatio feliciùs faciliùsque succedat: quam si intermiseris, nec nervina, aut opiata, vel antiscorbutica, magnâ licèt pompâ collecta & confecta, certi quid præsidii tibi spondebunt. Tam utilis & necessaria *Jalapa* est in *arthritide vaga*. Vidua LVI. annorum, cui modò pes & brachium lateris dextri, modò verò sinistri affligebatur, & tumor erat in extremis tùm manuum, tùm pedum, alia inter usus est *Riedlin.* potiuncula. (g)

Potio. ℞. pulv. Cornach. scrup. un. & sem.
magist. Jalap. gr. VI.
Mell. ros. sol. unc. sem.
aqu. card. ben. & ceras. n. an. unc. I. M. Add.
Rolfinc. L. XIII. cons. 1.

Laudabilis pulvisculus iste *Cornachinus*. Memorabile igitur, quod ex damno ejus (non ritè forsan præparati) usus illius Romæ aliquando sub pœna damnationis ad triremes interdictus fuerit. (h)

§. 2. CL. *Möllenbrocc.* (i) purgantia inter commendat *Elix. citr. purgans* D. Michaël, (k) cujus dosis à dr. II. ad III. & pilulas.

Pilul. ℞. Extr. polypod.
fumar. an. gr. II.

cha-

(g) C. III. obs 97. (h) Velsch. obs. med. episagm. 98. p. 65. (i) de arthrit. vaga scorb. c. 8. p. 100. 103. (k) Vid. L. I. c. 21.

chamædr.
chamæpith. an.gr.I.
resin. Ialap. gr. IV.
nitr.antimoniat.gr. I.
f. c. elix.P.P. pil.num.XI. vel XIII. obduc.argent. S.

Erweichende Pillen eine Stund vorm Abendessen zu nehmen.

℞. *Extr.* helleb.n.
Ialap. an.gr. III.
aloës violat. gr. IX.
diagrid.
troch.alhand. an. gr. I.
c. tinctur. tart. f. pil. num. XV. vel XVII. Inaur. S.

Purgier-Pillen frühe zu nehmen.

Addidit alias ibidem, nec non *pulveres, potiunculam* & *bolum* (l) *nodulumque*, (m) omnes *Ialapâ* conspicuas. (n) Venit ante biennium nobilis Miles ad me, malo hoc miserè afflictus, cui sequentes dedi:

℞. Extr. panch. Croll. sec. descr. scr. I.
helleb. n. gr. V.
Mag. Ialap. gr. IV.
troch. alhand. gr. II.
f. pil. c. sir. ros. sol. XX.

A quibus ante meridiem sexies purgabatur. Verùm postea ille ex summa impatientia revertitur Wüllershusam, cœlo admodum ventoso, nivoso & pluvioso, & tamen levaminis quid inde habuisse sibi persuaserat. Felicior sanè hac in re Comite *Obs.* Mansfeldico, qui, sumto purgante, jubetur venire ad

(l) l. c. p. 105. seq. (m) p. 108. (n) vid. Salviam m. S. II. Membr. 4. c. 8. p. 287.

ad Potentiss. Elect. Brandenburgicum. Utque celeriùs pergeret, ceram umbilico imposuit ad cohibendam alvum. Sed materia cohibita defertur ad crus, excitat inflammationem, quam gangræna & sphacelus excepit. (o)

Vin. medic. § 3. Quantum levaminis Advocato Dn. *J. G. C.* hoc *vinum* superiori anno tulerit, gratus ipse adhuc fatebitur.

℞. *Rad.* cich. alb. polyp. q. helleb. n. pp. fœnic. an. dr. II.
Jalap. resinos. unc. sem.
fol. cochlear. agrimon. chelid. min. chamædr. an. pug. II.
fl. fumar. centaur. m. samb. chamom. R. an. pug. I.
cort. aurant. dr. II.
sem. anis. dr. un. & sem.
f. sen. s. st. unc. I. & sem.
agaric. albiss. dr. III.
sal. tartari dr. II. D. inc. & cont.

Cuilibet dosi instillabat de Essent. fumar. dr. II. cum sp. cochlear. dr. remist. guttas XXX.

CAPUT III.

DE USU JALAPÆ IN DOLORE ISCHIADICO.

§. I.

(3.) *In dolore ischiadico.* PUrgantia & in statu præservatorio (vere inprimis & autumno) & curatorio (alio tempore necessaria) maximè conducunt: in illo, ut antevertant

(o) Salmut. C. I. obs. 33.

rant & aliorsum derivent colligendos humores: in hoc, ut, expulsis morbificis humoribus, reliqua medicamenta præsentiorem sortiantur effectum & auxilium. Verissimus enim Galeni aphorismus. (p)

§. 2. Vir plethoricus quinquagenario major ad dolorem hunc varios fotus & emplastra adhibuerat sine levamine, respectu verò totius, mox elegantem *emulsiunculam* præscribebat *Ridlin.* (q)

℞. *Mag. Jalap.* gr. XIII. **Emuls.**
scammon. gr. IV.
nucl. pin. q. s.
aq. cichor. unc. I. & sem. f. emuls.
add. Juleb. viol. parùm M.

Alius catarrhis valde obnoxius, de capitis defluxionibus conquerebatur, mox verò de dolore brachii dextri ad humerum, citra tamen calorem & tumorem, qui ei perquam molestus & motum penè omnem prohibebat, præcipuè cùm attollere brachium conaretur. Cui itidem *Ridlin.* dedit similem emulsiunculam:

℞. *Mag. Jalap.* gr. XIII.
scammon. gr. IV.
nucl. pin. & aq. cinam. ac cichor. a. q. s.
f. emuls.

A cujus sumtione ad XV. vices multùm seri biliosi excrevit. (r) Simili defluxione uxor LX. annorum cum dolore exquisito prehensa, accepit eandem sic: (s)

℞. *Magist. Ialap.* gr. XVII.
nucl. pin. q. s. c. aq. ceras. n. f. emuls. add.
Julep. rosar. dr. I. M.

(p) VI. comm. 47. (q) C. II. obs. 75. (r) ead. cent. obs. 64. (s) obs. 66.

Obs. §. 3. Faber ferrarius immanibus cruciatibus hisce semper ferè afflictus, adeo ut incedere non posset, accipit à *Borello* (t) *Jalapium* in vino albo infundendum ad drachm. unam per tres vices, easque singulis mensibus reiterandas, si opus foret, & statim post primas meliùs habuit.

§. 4. *Martin.* Hoberg (u) dabit bolum:

Bolus. ℞. Rob. sambuc. purgant. Quercet. dr. un. & sem.
Jalap. resin. scr. I.
cryst. tart. gr. VIII.
resin. scammon. gr. IV.
sacch. parùm, M. f. bolus.

Quomodo dolorem lateris siniſtri flatulentum etiam *Jalapâ* pepulerit *Grüling.*, vide apud Eundem. (w)

CAPUT IV.

DE USU JALAPÆ IN LUE VENEREA.

§. 1.

(4.) In lue venerea. MEritò, ceu specificum purgans, laudatur *Gialapa*, ut pote quæ, præter purgandi vim, peculiari virtute huic morbo adversatur. Ideò rectè in usum traxit *Tim. à Güldenkleé*, (x) & D. *Sim. Paulli* (y) lue hac infectis commendatissimam esse vult, cui adstipulatur *Schonborn* (z) & *Blasius.* (a)

§. 2. Pro

(t) C. IV. obs. 55. (u) disp. de h. m. Jen. 1681. p. 20. (w) C. II. obs. 60. (x) L. VII. cas. 1. (y) Botan. quadrip. Cl. III. p. 472. (z) de purgant. simplicib. p. m. 304. (a) in syst. mat. med. p. m. 405.

§. 2. Pro infante *unius* anni dat D. *Gokel*(b) potiunculam hanc: *Potio.*

℞ Mercur. dulc. gr. V.
pulv. ſyrii gr. III.
Rad. Jalap. ſcrup. ſem.
ſir. roſ. ſol. dr. II.
aq. fl. acac. q. s. f. Hauſtul pro una doſi.

Pro infante *bienni* hanc:

℞. Mercur. dulc. gr. VII.
pulv. R. Jalap. gr. XV.
ſir. roſ. ſol. dr. II.
aq. ceraſ. n. dr. VI. f. P. pro una doſi.

Pro *octenni* hanc:

℞. ſir. roſ. ſol. unc. ſem.
Mercur. dulc.
pulv. R. jalap. an. ſcr. ſem.
M. f. c. aq. cichor. potiunc. pro una vice.

§. 3. Poteſt etiam pro liberis *aqua mulſa* purgans tali modo parari: (c) *Mulſa purgans.*

℞. fol. ſen. el. ſ. ſt. unc. ſem.
rad. polyp. q. unc. ſem.
liquirit. raſæ dr. II.
Jalap craſſiusculè contuſ. unc. ſem.
paſſul. min. dr. VI.
ſem. coriandr. præp. dr. I.
aniſ. dr. ſem.
calam. aromat. ſcr. II.
crem. tart. dr. II.
M. & conciſ. coq. in aq. mulſ. libr. VI. vel VIII.
D. ad urceum.
Doſ. unc. III. vel IV. mane jejuno ſtomacho.

§. 4. D. *Michaëli* (d) placet *bolus*: *Bolus.*

℞. Con-

(b) conſil. med. 50. p. 496. (c) Id. l. c. p. 499. (d) in colleg. MS. cit.

℞. Conserv. ros. dr. I.
scammon. sulfurat.
resin. Ialap. an. gr. VII.
arcan. corall. gr. III. M. f. B.

Gokelianus pro infante unius anni hic: (e)
℞. Mercur. dulc.
pulv. *R. Jalap.* an. gr. VIII.
magist. Ialap. gr. II.
conserv. ros. damascen. scr. II.
M. f. B. asperg. sacch.

Pro femella XIII. annorum: (f)
℞. Mercur. dulc. scr. I.
mag. Jalap. gr. X.
conserv. ros. damascen. dr. unam & sem.
M. f. B. sacch. asperg. pro una dosi.

Vel: ℞. Cons. ros. dr. I.
resin. Jalap. gr. VI.
arcan. corall. gr. VIII. f. B. (g)

Pro adulto Idem *Gokel* dabit hunc: (h)
℞. Mercur. dulc. scr. I.
turpeth. miner. gr. III.
pulv. R. Jalap. scr. sem.
cons. ros. damasc. dr. un. & sem.
M. f. B sacch. asperg.

Pilul. §. 5. D. D. *Dolaeus* (i) offert *pilulas*:
℞. Terebinth. opt. q. s.
merc. dulc. gr. XV.
resin. Jalap. gr. VII. M. f. pil.
℞. Extr. panchym. Croll. scrup. sem.
resin. Jalap. gr. XV.
mercur. dulc. gr. XII.
f. c. spiritu guajaci pil. pro una dosi.

Vel:

(e) l. c. p. 496. (f) Id. l. c. (g) Dol. l. c. p. 764. (h) l. c. p. 500. (i) l. c.

Vel: ℞. Mercur. dulc. ſcr. I.
mag. Jalap. ſcr. ſem.
troch. alhand. gr. V.
M. c. tinct. tart. f. pilul. unâ vice ſumendæ.

Vel: ℞. Extr. panchym. Croll. ſcrup. I.
turpeth. mineral.
mag. Jalap. an. gr. V.
M. f. c. aq. fumar. pil. XXI. cinam. aſpergendæ. (k)

Vel: ℞. Extr. elleb. n. gr. VI.
mag. Jalap. ſcr. ſem.
mercur. dulc. ſcr. I.
M. f. c. aq. roſ. pil. XIX. aſperg. cinamom. (l)

Jüngkeniana tales:
℞. Extract. cathol. (ſeu elleb. n.) gr. X.
mercur. dulc.
cinnab. antimon. an. gr. VI.
reſin. Jalap. gr. V.
c. ſir. roſ. F. pilul. pro doſi.

Vel: ℞. Terebinth. opt. q. ſ.
mercur. dulc gr. XV.
reſin. Jalap. gr. V.
extr. troch. alhand. gr. III. M. f. pil.

In curatione tophorum nodorumque, inprimis à lue hac obortorum, mercurialia tam internè quàm externè haud temnenda ſunt: corpus enim ab impuritatibus viſcidioribus repurgandum eſt. Quem in finem in initio dederis pilulas, quâvis ſeptimanâ repetendas.

℞. Gumm. guajac. dr. ſem.
reſin. Jalap. ſcr. I.

mer-

(k) Gokel, l. c. p. 497. (l) Id. l. c. p. 500.

mercur. dulc. gr. XV.
sal. guajac. gr. V. f. pil. pondere gr. I.

CAPUT V.

DE USU JALAPÆ IN VARIOLIS ET MORBILLIS.

§. I.

(5.) In variolis & morbillis. VAriolas & morbillos nihil aliud esse, quàm colluviem *verminosam*, acutissimus *Langius* in peculiari dissertatione, *Miscellaneis* suis *Curiosis* annexa, solidè probavit, cui dudum pollicem pressimus, (m) idque rariori histori comprobavimus. *Merc. dulc. valet.* (n) Cur saniores Practici *Mercurium dulcem* tantopere in his morbis commendant? quia *putredini animatæ* omninò adversatur. Observavit CL. *Grassius*, (o) si detur is in morbi suspecti principio, vel præservâsse planè pusiunculos, etsi alii in eadem domo variolarum malignitate torquerentur, vel saltem à nimia eruptionis abundantia præservâsse. *Observ.* Filia ejus decennis variolas minabatur, refrigeratione extremorum, subsequente incalescentiâ totius, dolore capitis, nausea, ventris torminibus & doloribus vagis extremorum. Malum insuper erat communiter vagans, & filiolus ejus variolis jam scatebat numerosissimis, ita ut conjecturâ infallibili contagium hoc esset pertimescendum. Dedit puellæ Merc. dulc scrup. I. & scammon. sulfurat. gr. IV. Dejecit ter, sub vesperam vomuit semel

(m) in Cynograph. curios. S. IV. c. 8. §. 11. & Part. I. Zeitkürtz. erbaul Lust them. 1. (n) Dec. I. Eph. curios. ann. 6. obs. 3. (o) Dec. I. Eph. ann. III. obs. 56.

mel enormiter, dormivit quietissimè, & sana mansit.

§. 2. Rectè igitur, ad præservationem & curationem hujusmodi mali, *Mercur. dulc.* sed ritè præparatus, (aliàs usus ejus lethalis, notante *Helvvigio*, (p)) porrigitur, tanquam singulare *veneni variolici alexipharmacum.* Ille enim non tantùm viscosam pituitam acidam potenter solvit, sed etiam vermiculos necat expellitque, omni intentioni medentis ex voto satisfaciens, Recipe ergò Mercur. dulc. rite parat. scr. sem. *Resin. jalap.* gr. VII. myrrh. elect. gr. V. lap. cancr. gr. VI. cons. ros. dr. sem. M. & da infanti septenni vel decenni. Potest autem dosis Mercurii & reliquorum vel minui, seu augeri, pro ætatis ratione.

§. 3. Balneator, referente *Schopfio* nostro, *Rad. jalap.* recèns à se contusam in scrinium reposuerat, cùm ociùs vocaretur ad Nobilem, in vicina villa habitantem. Commendat interea uxori seriò tres pueros suos, *morbillis* graviter decumbentes. Quæ, ad mitigandum æstum, à vicinis jubetur pulverem *cornu cerv. ust.* potui ordinario infundere. Quærit in scrinio mariti, sed ecce arripit *Jalapam*, eamque largâ manu urceo injicit. Pueri inde purgantur ad deliquium ferè animi. Revocatus balneator, quid dederit mater, rogat? Nil, ait illa, præter cornu cervi ustum. Reserato autem scrinio errorem subitò animadvertens, ut te Dî Deæque omnes perdant, vociferatur, purgans dedisti, certissimum lethum, minimè mihi lætum. Propinato deinde *cornu cervi usto*, aliisque, quæ ad manum erant, adhibitis, parvuli pedetentim ad se redeuntes, mox in integrum restituebantur. Siccine quotidie

(p) Vid. obs. ej. med. 157, cum scholio Schröckiano.

tidie nascuntur monstra in Arte saluberrima? Felicius certè cautiùsque Indus iste agebat cum *Guardiano*. Hic enim morbo afflictus accipit ab isto farinam radicis: quâ cum modico vino sumtâ, sine dolore & molestia purgabatur, ut eodem die meliùs habuerit. Secuti experientiam ejus alii Monachi Franciscani & Hispani ægri, omnesque liberati sunt. Hæc fuit inventio celeberrimæ radicis, (*Mechoacannam* nunc vocamus,) à *Nicolao Monarde* in *simplicium medicamentorum* historia capite post quinquagesimum primo fideliter promulgata, repetita ex Eodem ab Inclyto *Rolfinccio* in egregio suo de *Purgantibus vegetabilibus* libro.

CAPUT VI.

DE USU JALAPÆ IN ERYSIPELATE.

§. 1.

(6.) *In erysipelate.* TUtissimum censemus cum Optimo *Timæo* (q) blandè laxantibus uti, & per ἐπίκρασιν sentinam exhaurire, id quod tali infusione obtinebis.

Nodulus. ℞. Passul min. dr. VI.
fol. sen. s. st. dr. V.
rad. cichor. unc. sem.
agaric. troch. dr. III.
Jalap.
sem. fœnic. an. dr. un. & sem.
cinamom. acutiss. dr. I. f. nodul.

§. 2. *Joann. Scultetus* (r) hunc pulverem singulis

(q) L. V. epist. med. 10. (r) armament. chirurg. C. I. obs. 81.

…s menſibus in juſculo, radicibus cichorii alterato, …umendum dabat:

℞. Rhabarb. el. unc. I. *Pulv.*
Jalap. ſcr. I.
crem. tart. ſcr. ſem. M.

§. 3. Tutò etiam uſurpaveris pilulas *Georg. Fr.* …*inneri.* (s)

℞. MP. de fumar. *Pilulæ.*
extr. rhabarb. an. gr. X.
reſin. Jalap. gr. VI.
croc. martis aperitiv. c. ſalib. gr. IV.
Sir. de rhabarb. parùm, M. f. pil.

…4. Vel: ℞. Rob. ſambuc. unc. ſem. *Bolus.*
ſacch. alb. dr. II.
R. Jalap. ſcrup. I. (aut dr. ſem.)
macis gr. III. M. f. B.

Qui ſingulis menſibus ante novilunium unâ vi…te, mane jejuno ſtomacho ſumatur, præſervationis …rgò. (t)

§. 5. Puella, plerunque circa *plenilunium*, affectu *Obſ.* …oc aliquoties correpta cum pertinaci capitis do…ore, me ad ſe vocari juſſit. Quæro ex matre, num …nenſes circa id tempus olim fortè fluxerint? At …ùm neſciret, ipſe ex aliis indiciis in ſuſpicione mea …onfirmatus, biduo ante plenilunium obtuli pul…riſculum ex *ſola Jalapa* & cremore tartari compoſi…um, & ecce, fluxus ex voto rediit, nihilque mole…tiæ ampliùs percepi. Soli Deo gloria!

§. 6. Ludimoderator in vicina villa ab eſu ovo…um certò certiùs eôpſe die hoc malum ſentiens, …uaſu paſtoris ſui, rhabarbaro Monachorum ali…quoties ſe purgârat. Monui, ut eligeret *Jalapam*,

 Lunâ

(s) diſp. de h. m. Jen. 1682. p. 15. (t) id. Gockel, conſ. …4. p. 282.

Lunâ decrescente, ex ovo sorbili sumendam. Fecit ex integro nunc sanus. Nescio tamen, cujus jussi sacculum, foliis vitis & floribus verbasci refertum peddi noctu aliquamdiu circumligaverit, licèt non sine successu. Mirabile verò, quòd cùm pro somno conciliando, jussu uxoris, alium sacculum, recentibus *rosis* albis plenum, capiti supponeret, statim *rosæ* provocârunt *rosam*, eamque molestam & periculosam. Dei tamen gratiâ liberatus, cautiùs mercari didicit.

CAPUT VII.

DE USU JALAPÆ IN SCABIE, IMPETIGINE, ET MACULIS HEPATICIS.

§. I.

(7.) In scabie, impetigine, & maculis hepaticis.

CUm in scabie sanguis vitiosis humoribus scateat, qui non tantùm in venis majoribus, sed exilibus etiam, extremis & cutaneis continetur, una purgatio non sufficiet, sed per intervalla iterum iterumque repetenda. Cui scopo dexterrimè inserviet *Jalapa*, e.g. Decoctum, quod adultis nunquàm sine successu dedimus:

Decoctum.

℞. rad. lapath. acut. unc. I.
cichor. helen. aristol. rot. an. unc. sem.
polyp. q. liquirit. an. dr. III.
fol. salv. acut. card. ben. an. Man. I.
fumar. agrimon. chelid. maj. acetos. an. Man. sem.
fl. scabiol.
centaur. min.

bor-

borrag. an. pug. II.
bacc. Junip. dr. III.
ſummit. abſinth. Man. ſem.
ſem. aniſ. & carv. an. dr. I. & ſem.
cort. R. cappar. tamariſc. an. dr. III.
paſſul. min. unc. II.
Inc. & cont. aff. s. q. aq. font.
coq. ad remanent. libr. II.
Col. hujus ℞. unc. VIII. queîs adhuc ferventiſſ. injice inciſ. & cont.
f. ſen. s. ſt. dr. VI.
rhab. el. & R. helleb. n. præp. an. dr. I.
agaric. troch. ſcrup. IV.
ſtent in loco calido per noct., Mane coq. leniter expr. & Col adm.
Sir. fumar. comp. & roſ. ſolut. an. unc. I. & ſem. (diaſ. Andern.)
Pulv. R. Jalap. dr. I.
cryſt. tart. ſcr. I. M. Doſ. cochl. VI. à quibus ſufficienter purgati ſunt.

Priori verò docoсto reſiduo, ad mentem Timæanam, admiſcui
Succ. cochlear. beccabung. cichor. fumar. depurat. an. unc. I.
M. & f. liquor clarus.

Vel loco horum ſuccorum Oxym. ſcyll. & ſir. cich. c. rhab. an. q. s. Huic aliquando inſtillavimus Eſſent. noſtræ antiſcorbuticæ dr. II. vel aliquid ſalis fumar.

§. 2. Ipſis leproſis conducit *Jalapa.* Ecce vinum *Gokelianum*: (u) Erat puelluss unius ferè anni fœdè ſcabioſus à vertice ad plantam, cum intolerabili pruritu, inquietudine & ejulatu continuo. *Vinum.*

(u) conſ. med. 25. p. 310.

Obtuli nutrici pilulas *resinâ Jalapin* acuatas, à quibus satis purgata cùm esset, bibit deinde de hoc decocto pro lubitu :

Decoct.

℞. Herb. fumar. Man. I.
cuscut. fragar. an. Man. sem.
rad. acetos. taraxac. an. dr. II.
cinamom. acerrim. dr. III.
Coq. in s. q. seri tamarindinat. secundùm Ang. Salam parat. (w)
Colat. ℞. libr. II. pond. civil. clarif. c. album. ovi, in quibus dissolv.
succ. inspissat. (seu Essent.) plantagin. unc. sem.
sir. fumar. comp. unc. I. & sem.
berber. q. s. M.

cuncta cum levamine pusionis, scabie brevî evanescente. Alii nuper dedi :

Potio.

℞. Aqu. fumar. scabios. an. unc. I. & sem.
cichor. unc. II.
conf. hamech.
sir. diaser. Andern. an. dr. VI.
tart. vitriolat. scr. II.
pulv. R. Jalap. dr. sem.
troch. alhand. gr. IV.
M. Dos. cochl. IV.

§. 3. Pilulæ *Jüngkenianæ* sunt : (x)

Pilula.

℞. Extr. helleb. n. scrup. I.
mercur. dulc. gr. XV.
resin. Jalap. gr. IV.
c. sir. de cich. c. rhab. f. pilul. pro dosi.

Vogeliana hæ : (y)

℞. Extr. elleb. n.

resin.

(w) in append. Myrothecii S. II. §. 10. p. m. 825. (x) in prax. med. p. m. 638. (y) im curios. Hautdiener p. 607.

resin. Jalap. an. gr. VIII.
mercur. dulc. scr. sem.
c. essent. fumar. F. pilul.

Poligraphus de maculis quibusdam pectus dorsumque occupantibus, modò evanescentibus, modò rursus emergentibus, cum aliquali cutis asperitate conquerens, consuluit *Grülingium* seniorem, qui ei dabat pilulas: (z) *Observ.*

℞. Extr. rhabarb. scrup. sem. *Pil.*
elleb. n. gr. IV.
resin. jalap. gr. V.
diagrid. gr. IV.
ol. anis.
tinct. martis an. gutt. II. M. f. pil. XV.

§. 4. Vel: ℞. pulv. purg. C. de Warvv. scr. I. *Pulv.*
Jalap. n. resinos. scrup. sem.
ol. anis. gutt. I. M. f. P.

Aut: ℞. *pulv. Jalap.* scr. I.
mag. gumm. de Peru gr. VIII.
arcan. duplic. Myns. gr. VI.
ol. fœnic. gutt. II. M. (a)

§. 5. Femina XX. annorum, diu jam *impetigine* defœdata per totum ferè corpus, post decoctum aliquod accepit bolum: (b)

℞. Conserv. viol. vitriol. dr. I. *Bolus.*
pulv. jalap. scr. sem.
pulv. Com. de Warvv. scr. I.
succ. citr. parùm, M. consperg. sacch. D.

Infantibus sæpe dedimus *electuarium*, de tamar. auctâ & imminutâ dosi Jalapæ, respectu ætatis eorum. (c) *Electuar.*

(z) C. VI. obs. 25. (a) Vogel. l. c. (b) Ridlin. C III. obs. 1. (c) Vid. salv. m. S. III. P. II. c. 5. p. 369.

§. 6. E tripode *Wedelius* noster. (d) *In scabie,* ait, *lue venerea ipsa, & aliis impuritatibus expectatissimum ex* Jalapa *depromere licet auxilium. Inde enim & aliàs commoda fit exturbatio cacochymiæ serosæ & humorum salsorum inprimis ante unctionem mercurialem, seu universalem, pro siphylide averruncanda, seu particularem, pro scabie tollenda.*

CAPUT VIII.

DE USU JALAPÆ IN HYDROCEPHALO: ACHORIBUS, TUMORE PALPEBRARUM, ET TUBERCULIS FACIEI.

§. 1.

(8.) *In hydrocephalo, achoribus &c.*

VIrgo tuberculis quibusdam parvis durisque in facie & naso mirè deformabatur. Horum quædam citò resolvebantur, quædam exiguo pure turgentes maturescebant, quo expresso exsiccatæ evanescebant, novis tamen subinde efflorescentibus. Dolor aderat nullus, nec pruritus, aut scalpendi desiderium. Huic, ad depurandum sanguinem humoresque vitiosos alterandos & evacuandos, tale præscripsit apozema *Timæus.* (e)

Apozema.

℞. rad. cichor. dr. VI.
polyp. q. oxylapath. asparag. liquirit. an. unc. sem.
H. fumar. Man. I.
endiv. chamædr. scolopendr. agrimon. scabios. an. Man. sem.
fl. bor-

(d) cit. disp. c. 6. p. 28. (e) L. VI. cas. 19.

fl. borrag. bugloff. viol. an. pug. I.
summit. lupul. Man. sem.
corr. rad. cappar. unc. sem.
Incis. & conquass. coq. ex s. q. seri lact. caprin.
ad remanent. libr. III. & sem.

℞. Col. libr. I. & sem. inf.
fol. sen. s. st. dr. VI.
rad. elleb. n. *Jalap.* an. dr. III.
tart. vitriol. scrup. I.
cinamom. acut. scr. II.
zingib. alb. dr. sem.
stent bene cooperta in loc. calid. per noct. Mane ebull., expr. fortit.
& col. add.
Sir. de fumar. comp. unc. III,
cich. c. rhab. unc. I. M.

Nobilissima Matrona hujusmodi tuberculis faciem nimis deturpatam habebat, quæ, prægresso purgante *Jalapino*, & diaphoretico, legibusque diætæ seriò dictis, *Plateri lac virginale* (f) bono cum effectu usurpabat. *Obs.*

§. 2. In *tumore palpebrarum* utere mixtura hac: *Potio.*

℞. Aq. senecion. unc. sem.
tinct. Jalap. dr. sem.
spirit. nitr. dulc. scr. sem.
sirup. de fumar. comp. dr. III. M. pro una dosi.

Præmissis præparantibus ex fumaria, borragine, cichorio &c. materiam *achorosam* cum laudato *Timæo* ita educes: (g)

℞. Decoct. nostr. laxativ. unc. II, & sem.
extr. fol. sen.

 rhab.

(f) L. III. obs. p. 585, & 588. (g) L. V. cas. 3.

rhab. an. scr. sem.
pulv. Jalap. gr. VII.
aq. cinamom. dr. I. M. f. P.

Nec incassum erit purgans *Dolaanum* pro puero V. vel VI. annorum. (h)

℞. *Pulv. Jalap.* gr. VII.
mercur. dulc. gr. III.
antim. diaph. gr. II.
sir. rof. solut. simpl. q. v. M.

§. 3. Vel adhibe in tumore palpebrarum pilulas: (i)

Pilul. ℞. Extr. diacartham. scr. I.
resin. Jalap. gr. VI.
sal. tart. gr. III.
M. c. f. q. tinct. tart. f. pil. VI. pro una dosi.

In hydrocephalo autem provectioribus ætate exhiberi possunt sequentes:

℞. Calomelan. scr. I.
resin. jalap. scr. sem.
c. f. q. gumm. ammon. acet. sol. f. pil. IV.
D. manè. (k)

Timæus humores serosos eduxit *pulvisculo*: (l)

Pulv. ℞. Crem. tartar. scr. II.
mag. gumm. gamandr. gr. VII.
resin. jalap. gr. III. M.

CAPUT

(h) L. VI. Encyclop. med. c. 11. p. 430. (i) Dolæus l. c. p. 103. (k) Idem Encyclop. chirurg. L. I. c. 1. p. 9. (l) L. I. cas. 20.

CAPUT IX.

DE USU JALAPÆ IN VULNERIBUS ET ULCERIBUS.

§. 1.

D. *David Kelner*, Practicus Nordhusanus, hoc propinabit *vinum*: (m) (9.) *In vulneribus & ulceribus. Vinum.*

℞. H. agrimon. fumar. an. Man. I.
fl. centaur. min. sambuc. an. pug. II.
sem. fœnic. dr. II.
cort. flav. aurant. & citr. an. dr. I.
ras. lign. sandal. citr. & rubr. an. scr. II.
rad. aristoloch. utr.
cichor. alb. glycyrrhiz. an. unc. sem.
enul. camp. vincetox. an. dr. II.
Ialap. unc. sem.
rhabarb. ver.
agaric. mundat. an. dr. III.
fol. sen. alex. s. st. unc. I.
crem. tart. dr. I.
sal. ejusd. dr. sem.
passul. min. unc. IV.
Grosso modo concis. & cont. D.

§. 2. Comitissæ cacochymicæ XV. annorum in ulcere superficiali, in cute & carne subjecta suræ dextri pedis, pro emundando corpore *D. Gockel* dedit hanc potionem: (n) *Potio.*

℞. *pulv. Rad. Jalap.*
gumm. gutt. an. gr. VII.
crem. tart. scrup. I.
diagrid. cort. gr. V.

(m) in tr. Germ. de ulcerib. c. 8. p. 27. (n) consil. med. 3. p. 41.

ſir. de cichor. c. rhab. unc. I.
aq. cichor. q. s. ad potiuncul.

§. 3. Ob humoris pituitoſi & bilioſi abundantiam *Joan. Scultetus* (o) pulverem dedit cum vino abſinthiaco.

Pulv. ℞. pulv. rhabarb. el. ſcr. II.
mechoacann. nigr. ſcr. I. & ſem.
crem. tart. ſcrup. ſem. M. f. P.

A quo ægrotans ſepties dejecit. Bubulco Ulmenſi Idem (p) in vulnere tibiæ cum ejusdem fractura, propter oris amaritudinem, eundem pulverem dedit. In antiquo cruris ulcere cum ſœviſſimis doloribus exhibuit *Grüling* (q) talem:

℞. *pulv. Ialap.* ſcrup. I.
rhabarb. gr. VIII.
tart. vitriolat. ſcr. I.
ol. aniſ.
fœnic. an. gutt. I. M. f. P.

Kelnerus præſcribit hunc: (r)

℞. *pulv. R. Jalap.* dr. II.
cremor. tart. dr. I.
ſal. polychreſt. incarnat. Glaſer. dr. ſem.
diagrid. ſcr. I.
antimon. martial. cachect. ſcr. ſem.
elæoſacch. aniſ. dr. I. & ſem.
f. pulv. pro diverſ. vicib. S.
zwey oder 3. Meſſer-Spitzen voll cum juſculo.

Vel: ℞. pulv. mechoacann. alb. dr. I. & ſem.
rhab. ver. dr. I.
arcan. duplic. recentior. modo parat. dr. ſem.

fl. mar-

(o) armament. chirurg. C. I. obſ. 1. (p) C. I. obſ. 94. (q) C. V. obſ. 54. (r) l. c. p. 29.

fl. martis g. XXV.
resin. Jalap. scr. sem.
elæosacch. fœnic. dr. I. & sem. M. f. p. (s)

§. 4. Dn. *Martin. Schrôter*, Civis & Mercator Isnacensis, Amicus sincerus, ultera hujusmodi rheumatica in pede diu habuerat, quorum affluxum vino *Jalapâ* condito multis annis feliciter cohibuit. Adhuc in honesta Virgine, malo hoc afflicta, *Jalapinis* remediis crebriùs utimur, nec sine successu, utùt tanta quercus haud uno cadere velit ictu. *Obs.*

CAPUT X.

DE USU JALAPÆ IN TUMORIBUS.

§. I.

FEminæ cuidam temperamenti melancholici, tumorem cum folliculo in maxilla superiori habenti, ad sanguinem serosum adustumque expurgandum, talem dedit sacculum medicatum *Scultetus*. (t) (10.) *In tumoribus.*

℞. Rad. polyp. unc. sem. *Nodulus.*
fœnic. dr. III.
com. absinth. pont. pug. I.
H. beton. veron. agrimon. an. pug. sem.
fl. borrag. pug. I.
f. sen. s. st. unc. I, & sem.
crem. tart.
rhabarb. an. dr. III.
Mechoacann. nigr. dr. II.

ur-

(s) Id. l. a. p. 30. (t) l. c. C. I. obs. 22.

turbit. alb. & gummos. dr. I. & sem.
sem. cartham. excort. dr. VI.
anis. & fœnic. an. dr. sem.
zingib. cinamom. an. scr. I.
Inf. in mens. vin. per XXIV. hor.

§. 2. In tumore aquoso elegans potiuncula *Barbettiana*: (u)

Potio. ℞. Sir. ros. sol. c. sem.
diacartham. an. unc. I.
Jalap. gr. VIII.
crem. tart. scr. II.
aq. petroselin. q. s. M. f. H.

§. 3. Militi cuidam in genuum manuumque gravitate, tumore, dolore, œdematoso potius quàm podagrico, ex magno frigore & inordinata diæta, *Höfer* dedit pulv. (w)

Pulv. ℞. Sp. diaturb. c. rhab. scr. II.
Jalap. scr. I. & sem.
cryst. tart. scr. sem. M. f. P. pro 2. dosib.

Obs. §. 4. Aurifaber circa genu sinistrum insignem tumorem flatulentum ultra octiduum gestärat, cum magna difficultate, cui in decocto fœniculi *Jalapam* cum tantillo agarici propinavi. Ipse postea, jussu barbitonsoris, cataplasma imposuit ex calido stercore vaccæ ruffæ, adspersis floribus chamomillæ & meliloti, nec non semine carvi ac nuce moschata, ruptusque tumor explosit fœtidos halitus, cum materia albicante & mordicante. Rursus purgato corpore, rem suam domi forisque egit feliciter Vir sincerus & honestus.

CAPUT

(u) P. II. Chirurg. L. I. c. 6. p. 117. (w) l. c. p. 528.

CAPUT XI.

DE USU JALAPÆ IN STRUMIS ET ESSERE.

§. 1.

EX purgantibus minimè conveniunt in strumis blandiora, & primas saltem vias evacuantia, sed quæ ex remotioribus partibus viscosos tenacesque educunt humores, e.g. *resina Jalapæ*, cujus formulam D. *Vesti*, Prof. Erfurtin., hanc dat: (x) (11.) *In strumis & essere.*

℞. Aloës. rosat. *Pilul.*
mercur. dulc.
resin. jalap. an. scr. I.
extr. colocynth. gr. V.
mosch. gr. III.
c. tinctur. tart. F. pil. XLIV. Dos. XI.
Semel vel bis in septimana.

§. 2. Virgo honestissima per triennium strumosa hebdomatim interponebat pulv. è *rad. jalap.* dr. sem. crem. tart. scr. sem. ol. dest. fœn. gutt. II. A quo licet sexies circiter saltim purgata fuerit (quod & maciei, & humorum inopiæ, seu tamen eorundem tenacitati acceptum fert D. D. *Metius*, Serenissimi nostri Medic. ordin.,) penitus tamen collo sic detumefacto læta ob id convaluit. *Jalapa* sanè non tantùm in expellendis serosis humoribus, sed etiam glutinosioribus excellens. *Pulv.*

§. 3. De vitio, quod *Essere* dicimus, bene Senior *Sebiz.* (y) ita: *Vocabulum Arabicum est, & apud* Avicennam *ac* Serapionem *legitur. Videtur autem is esse affectus, quem nostrates* die Bibelsucht *appellant.* *Essere.*

(x) disp. de struma 1685. habit. th 24. (y) T. II. Spec. Med. Pract. P. IX. c. 11. p. 3167.

pellant. Accidit in puerili & adulta ætate multis. Tubercula sunt modò majora, modò minora, duriuscula, pruriginosa valde, interdiu magis quàm noctu apparentia, evanescunt brevî, sed brevî revertuntur, obsident nunc hanc, nunc illam corporis partem, præsertim brachia, nates & femora. Aliquando totum corpus occupant, & quidem subitò ac ex improviso. Nihil verò ùt plurimùm humoris eructant. Pressa aut fricta fortiùs subsidunt atque disparent. Sunt *plerunque cuti in colore similia. Scribit tamen Avicenna, tendere quandoque aliquantulum ad rubedinem, & interdum eructare aliquid humoris.* Ecce

Obs. de Pemphinge historiam *Riedlinianam*. (z) Filius ejus octennis de pruritu insigni hinc inde in corporis habitu conqueritur, ut scalptione undiquaque opus haberet, à quâ pustulæ erumpebant, simillimæ iis, quæ ex cimicum morsibus apparent, aderat quædam inappetentia & nausea, reliquis functionibus integris: mox sequens purgans porrexit *Riedlin*., ipsumque in lecto detinuit, & sudorem elicuit, purgans insignem humorum peccantium saburram eduxit, & intra biduum dictas pustulas omnes extirpavit.

Bolus. ℞. Conserv. violar. dr. sem.
pulv. jalap. gr. XV.
diagrid. gr. III.
Juleb. violar. parùm. M. f. bol. Num. II. consperg. sacch.

Agit etiam de exanthematibus hisce, ex retropulsa gonorrhæa ortis, Exc. D. D. *Valentini*, Prof. Giesensis, Amicus honorandus. (a)

Obs. §. 4. Adolescens XVIII. annorum conquerebatur nuper de vesiculis in toto corpore subitò prorum-

(z) C. III, obs. 48. (a) Dec. II, Eph. ann. VIII. obs. 82.

rumpentibus cum molesto pruritu & alvo pertinaciter occlusâ. Ociùs applicatum est clysma, postea dedi sudoriferum ex mist. simpl. scrup. I. ess. succin. & spirit. CC. an. scr. sem. ac sp. cochlear. gutt. IV. cum aq. fumar. unc. II. A quo plurimæ disparuerunt vesiculæ. Purgatus altero die *Jalapa*, ad officia sua rediit.

CAPUT XII.

DE USU JALAPÆ IN SUDORE NOCTURNO ET PHILTRIS.

§. 1.

VIr quadragenarius temperamenti melancholici *sudores nocturnes* patiebatur à longo tempore, per quatuor aut quinque dies perseverantes & postea cessantes. Recurrebant verò bis aut ter in mense. Satis constabat, hos sudores promanare à colluvie serosa, per intervalla collecta & à Natura postmodum per sudores expulsa. Ideò, cùm pauper esset, consuluit *Laz. River.*, (b) ut bis in mense sumeret pulv. *Jalap.* dr. sem. c. crem. tartari pari quantitate. Quibus per trium mensium spatium continuatis, à tædioso affectu liberatus est. Ego Pastori eximiè scorbutico, præmisso purgante *Jalapino*, electuarium Junioris D. *Riedlini* (c) commendavi, pro quo adhuc mihi agit gratias.

(12.) *In sudore nocturno & philtris.*

Pulv.

Elect.

§. 2. Virgo XXVIII. annorum *sudore nocturno* valde molestata, usurpato priùs vino medicato, *Jalapâ* aucto, eodem utebatur electuario optato cum successu. Dedi idem phthisico militi in eodem sudore, & notabile inde levamen percepit.

Obs.

§. 3. An-

(b) C. III. obs. 80. (c) Cent. obs. singular. num. 13.

§. 3. Ante biennium rusticus adolescens satis robustus acceperat à meretrice *philtrum* in forma *casei*, ex quo mira ista patiebatur symptomata. At corpore bene repurgato ἄνω καὶ κάτω, immixtâ semper *Jalapâ*, aliisque adhibitis remediis, belle restituebatur.

Alia fascinârat juvenem *succo inspissato sambuci*, immixto *sanguine menstruo*, cui circumforaneus *pulv. Jalap.* ad pondus ducati, (referente Pastore istius loci) adjectis quatuor granis (ut suspicabatur) tart. emetici, cum vino pro una dosi dedit. Horrendi inde vomitus, & ferè quadraginta secessus, postea tamen restitutus sibi, cane pejus & angue petulcam istam aversatus est. De esu *halecis* tali sanguine intoxicati lethali, vide Amici nostri D. *Gokelii* consil. medic. LX.

Epilogus. § 4. Ceterùm memineris, mi Lector, Ciceroniani istius (d) ex Ennio moniti: *Homo, qui erranti comiter monstrat viam, quasi lumen de suo accendit, facit, ut nihilominùs ipse luceat, cùm illi accenderit.*

Tu liber interea diversa per oppida cuere,
invidiam subiture gravem; nam multus ubique
oblatrator erit, cujus lacerabere morsu.
Non deerunt certè, qui cùm nil eaere possint
dignum laude, tamen gaudent maledicere semper,
carpendisque aliis famam venantur inanem.
Hos tu lividulos catulos, orisque maligni,
exosus refuge, & doctos inquire bonosque,
qui pauci sunt: sed paucis potes esse beatus.
Hos reverenter adi, & merces his exere nostras.
Quas si laudârint, satis est: quid cetera dicat
turba, parùm cura, & vulgi convitia ride.

Vade

(d) L. I. Offic. (e) Palingen. in Piscib. p. 365.

Vade igitur felix liber, & longissima vive
tempora; cùmque meos tellus obduxerit artus,
Tu varios populos diversaque regna superstes
quære, studeque meum latè diffundere nomen. (e)

(e) Palingen. in Piscib. p. 365.

GLORIA IN EXCELSIS DEO!



INDEX LIBRI GENERALIS

LIBER PRIMUS

Physiologico-Pharmaceuticus, Cujus

LIBER SECUNDUS

Qui

Therapevticus,

cujus

Pars prima

Continet usum *Ialapæ* specialem in affectibus CAPITIS, *seu* SUPREMI VENTRIS.

Cap.I.

Pars Secunda

Continet usum *Ialapæ* specialem in affectibus

THORACIS,

seu

MEDII VENTRIS.

Pars Tertia

Comprêndit uſum *Ialapæ* ſpecialem in affectibus
ABDOMINIS
ſeu
INFIMI VENTRIS.

XXII.

Pars Quarta

Exhibet usum *Jalapæ* specialem in FEBRIBUS.

Pars Quinta.

Enarrat usum *Ialapæ* specialem in affectibus aliquot EXTERNIS.


DUPLICATE
B.M.
1818.


MVSEVM
BRITAN
NICVM

